

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Mariale

Albertus <Magnus, Heiliger>

[Basel], nicht nach 1474

[urn:nbn:de:bsz:31-333245](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-333245)



Rechnung

162

K^{is.}

20 * 15 * 38
20 * 56 * 8
20 * 93 * 49
20 * 10 * 2
20 * 2 * 10
20 * 4 * 10



Liber de laudibus gloriosissime dei genitricis marie semper
virginis famosissimi sacre pagine interpretis domini alberti mag
ni de laugingen radispanen. epi necno pdicatoris ordiis p
fessoris celeberrimi incipit feliciter



Olara est et q̄ nūq̄ marcescet sapia. Sic scri
ptū est sap. vi. et facile videt̄ ab hīs q̄ dili
gūt eā. et inueiet̄ ab hīs qui querūt eā. Pre
occupat eos qui se occupiscūt ut illis se por
ōndat qui de luce vigilauit ad eā nō laborabit assidēt̄ em̄
illā forib⁹ suis inueiet̄. cogitare ergo de illa est sēsus con
sumat⁹ et qui vigilauerit p̄pter illā cito secur⁹ erit. qm̄ di
gnos seip̄a circuit querēs et in vīs suis ostēdet se ill' hy
lariter et in omī p̄uidēcia occurret illis. Itez scriptum est
eccl̄i. xxiii. Qui edūt me adhuc esuriēt. et qui bibūt me
adhuc siciēt qui audīt me nō confūdet̄. et qui opant̄ in me
nō peccabūt. q̄ elucidāt me vitā eternā hēbūt. Adiuuamōi
ergo largiflue spōsiōis submixus fiducia fiducialis mīto
man⁹ in op⁹ alias certe sup̄ meū ingemolū et sciolam meā
me mimiū eleuare. Scio aut̄ q̄ nō est abbreviata manus
dñi. sed adhuc oīa possibilīa sūt credēti. Est aut̄ opus qd̄
attēptam⁹ dñice incarnatōis exordiuū describēt̄ nre redē
ptōis misteriuū qd̄ in laudē et gliaz et honorez gloriosissime et
solius v̄re honore sup̄ omēz creaturā virgis m̄ris dei ip
sius auxiliij specialissima cōfidēcia suscipim⁹ in laborem et in
eiufdēz mīa tanq̄ infirmissima spei nre anchora expētātes
finē cōsumatōis et p̄miuz laboris que est motrix volūtatis
et causa opātōis et inspectrix intentōis. Obsecro ergo in
p̄mis mīaz dei omnipotētez p̄rez misericordiaz qui lucez in
habitāt̄ inaccessibile ut effugatis lumie sue claritatis er
roris fallacia. flitatis zizania. vanitatis glā. det mihi v̄z
intelligere et dicere de m̄re ip̄ius mie et veritatis. Obsecro
et eos qui p̄ns opusculū forsan dignabūt̄ur aspicere ut si

Scio laudē ab ip̄o p̄fero.

102.6

a

quod si ipso ex sui forsitan ut contingit nouitate. aut ipso aliquid
dubium pulsauerit non facile ascribat temeritati. sed parcat potius
cuius simplici deuotio. **N**on enim interdum? gloria virginis nostris
medicinis adornare. vel cum silio altiloq. capatoribus intelli
gencis aliquid noui aut magni eudere. et non glorias virginem
laudare et nosmetipsos estiare. sed rudibus et simplicibus deuo
tionis munus per verba simplicia ministrare. **N**ecum enim bene agi
tur quamuis nihil dignum reputatione de benedictissima domina tam
quam indignum vita et nimum? scia mei pectoris ore protulero si
tamen occasiones de ipsa scribendi et loquendi sapientibus subministro
Ut autem lector in homini operis materia minus laboris habeat et
continencia ipsius plenius summatim recognoscat. quedam quasi
principia premitte que luce sequentibus ministrabunt. **E**t titulos
supponam per quos et materia comprehendat diuisa. **E**t lectori illud quod
de materia inspicere per tempore uoluerit expediri demonstretur
Quia quod tibi occurrit ut ratione faciendum scias fecisse deum tamquam
bonorum omnium conditorem. **Aug.** de li. ar. **C**um sumum ut nimum bonum
nunc communi cauit omnem omninabile alicui. **D**ionis. quod omnes appetita
tes inferiorum habent superiores cum excellencia. **I**dem lex quod hanc est
diuinitatis sacrissima per prima sedam ad suam diuissimam reducere
lucem. **I**dem quod ad omnem inueniens in deo sequitur impossibile. **E**t
ad omnem inueniens cui maior ratio non repugnet sequitur necessarium
Anselm. auctoritas fidei flagitat et ratio hominem parat. ratio
ad intellectum cogitationemque producit quamque neque auctori
tatem ratio penitus deserat cum considerat eum credendum sit et
certitudinis summa est ipsius iam cognite et perspicue verita
tis auctoritas. **Aug.** de vera religione. **Q**uerendum est ratio quod
consecrat vitari fiatque ipsa veritas auctoritas sine qua nec est
nec ualida auctoritas. **B**asil. **I**bi secure quisque sensu suo abun
det ubi uel certe ratio uel manifeste auctoritati non obuiat quod
scit. **I**dem cum quisque in scripturis sanctis conat scire id quod in
eis scribitur qui scripsit quod mali est si sciat hoc quod tu lux om
nium ueridicorum mentium conditor. **Aug.** in li. confes. xii. **C**um ali
quis dicit hic scit quod ego religiosus arbitror dicere cur non

verūq; poci? si verūq; vni ē etli qd̄ terciū r̄si qd̄ quārtūz
etli qd̄ aliud oīno v̄z quāsp̄iā in h̄is verbis videt **Cur** nō
oīa illa vidisse credat̄ p̄ quē deus viuis sacras l̄ras vera r̄
diuerſa viſuris multoz ſc̄libz t̄pauit. **Aug⁹** in eodē **Ego**
certe inrepidus de corde meo p̄nūcio ſi ad culmē aucto-
ritatis aliqd̄ ſcriberē ſic mallez ſcribere vt qd̄ veri quīſq; de
h̄is rebz cernere poſſet id mea verba reſonarēt q̄ vt me-
am verā ſniam ad h̄ ap̄li⁹ p̄nerē vt excluderē alias q̄z flū-
tas me nō poſſz offēdere **Aug⁹** in eodē **Senſit** moyſes in
h̄is v̄bis **In** p̄n⁹ r̄c. r̄ cogitauit eū ea ſcriberet q̄c̄ h̄ v̄i
p̄eui⁹ iuēire. ā n̄dū potui⁹ r̄ cū i eis iuēiri p̄t̄ **Aug⁹** ſup̄
ḡn̄ q̄ nec in cozpalibz nec in ſp̄ualibz aliqd̄ ē vacuū **Stilli-**
ma v̄go a nullo illuſtriū v̄m̄c̄t̄ in aliq̄. **Dam̄.** Cū de p̄ctis
agit̄ nllā de ea fit q̄tio. **Aug⁹** de natura et gr̄a **Stilli-**
ma v̄go ea puritate nitebat q̄ ſub d̄o maior neq̄t̄ intelligi **Anſz**
Ego puto q̄ copioſior ſc̄ificatōis b̄ndictō in eaz d̄ſcēdit
que ipi⁹ nō ſolū ſc̄ificauit ortū ſ; etiā vitā ab omī d̄m̄eops
p̄ccato cuſtodiret̄ imunez qd̄ alteri nemi in natis m̄lieruz
credit̄ eſſe donatū **De** cuius nimiz reginā virginū ſingulari
p̄uilegio abſq; omī p̄ccato ducere vitā que dū p̄c̄i mor-
taliz pareret redēptorē mun⁹ vite r̄ iuſticie oibz obtine-
ret q̄ ei nullū bonū deſuit cui⁹ pura creatura in ſtatu vie
capax fuit.

Stilli ma v̄go

De cuius reginā

Incipit tabula caploz
rū pntis opis rē

Si necesse fuit mis
sioz fieri C. j.
Quez ueniebat
mitti. pmo si hoiez. C. ij.
Si angelū. ca. iij.
Si archangelū ca. iij.
Si pncipat? ca. v.
Si potestates ca. vi.
Si virtutes ca. vii.
Si dnatōes ca. viii.
Si thronos ca. ix.
Si cherubim ca. x.
Si seraphim ca. xi.
Si tēs pmos ordies C. xij.
Si oēs āgelos ca. xiiij.
Si spūm scm ca. xiiij.
Si filiū ca. xv.
Si prem ca. xvi.
Si totā trinitatē ca. xvii.
In q spē āgel? missus fu
it. pmo si i h pētia ca. xviiij.
Si in colūbina ca. xix.
Si in humana ca. xx.
Cui? etatis spē. p° si in.
In quo sexu ca. xxi.
puerili ca. xxii.
Si in virili ca. xxiiij.
Si in iuuemili ca. xxiiij.
In qua veste Primo si in
Candida ca. xxv.
Si in sordida ca. xxvj.
Si i bicolorata ca. xxvij.

Qua hora. Primo si in or
tu diei ca. xxviii.
Si in meridie ca. xxix.
Si in vespe ca. xxx.
Si i media noc. ca. xxxi.
Quo loco. Primo si in ci
uitate ca. xxxii.
Si in tēplo ca. xxxiiij.
Quare i galilea ca. xxxiiij.
Q. i nazareth ca. xxxv.
Quare ad virginē nō ad
mulierē ca. xxxvi.
Q. nō ad ioseph ca. xxxvii.
In quo actu fuerit dna.
p° si i dēplatoe ca. xxxviiij.
Si in actōe ca. xxxix.
Si despōlai potuit r eui
despōlata fuit ca. xl.
Qua etate despō. f. ca. xli.
De ei? pulchitudine p° si
fuit pulchra corpali r in
qbz dlistat. pul. ca. xliij.
De corpis q̄titate ca. xliij.
De m̄b°. pportōe ca. xliiij.
De colore cutis ca. xlv.
De colore capill. ca. xlvj.
De colore oclor. ca. xlvij.
Q. addit viro ca. xlvij.
Q. cui nomē erat ca. xlix.
Q. nom spō. ioseph ca. l.
Q. de domo dauid ca. li.
Q. dauid i genealog. dñi
p̄oit r q̄re p̄oit eui pecca
tor fuit ca. liij.

Q. tñ vñ? peccor noiat? ca. liij.
Q. in genealogia ei? boi
et mali ponit? ca. liij.
V. mrez dñi ouiebat no
bile eē se dñz carnē ca. lv.
Quid sit nobilitas car
nis. ca. lvj.
Quare p ioseph genealo
gisetur ca. lvij.
Quare mlieres nō genea
logisantur ca. lvij.
Quare nomē virginis et
nō virgini ca. lix.
Quare nomē maria ca. lx.
Qualr igressus āge. e. lxi.
Quare reperit āgelus et
ron gabriel ca. lxij.
Si ostio clauso vit et si
ad solā et in q̄ positōe fuit
sez et si sedbat et si pstrata
iacebat et si stabat et si ge
nu fledebat et qd orabat
et si āglō assurrexit e. lxij.
De salutatōe et qre ab a
ue incipit non a salute vel
gaude vel par. ca. lxij.
Qualr fu sine v ca. lxv.
Quare ecclesia apponit ma
ria ca. lxvi.
Quare āgelus non posu
it. ca. lxvij.
Quar nō glā plēa e. lxvij.
De dñā pleitudinis grē

ei? ad pleitudiez e. lxix.
Ad pleitudiez m̄r. e. lxx.
Ad pleitudiez scōz e. lxxi.
De spālī grē pleitudīe
brissime v̄gis. ca. lxxij.
De otētis in hac pleitu
dīe **E**t p̄mo de gr̄is sac
mētalibus vtrum baptri
sata ca. lxxij.
Quo bap̄ isate ca. lxxij.
Quare n̄ scriptū. e. lxxv.
De s̄firmatōe ca. lxxvi.
De cōmūione. ca. lxxvij.
De p̄ma. p̄mo si cōtrita
et si ofessa ca. lxxvij.
Quis ofessor ca. lxxix.
Si ordies habuerit et q̄
re mlieres ad sacros ordi
nes nō pmoueat? ca. lxxx.
De extrema vnctōe et de
solatōe p̄dcor **E**t ad qd
illud sacm suscepit et q̄
scriptū nō sit **E**t de t̄plici
bono m̄rimonij ca. lxxxi.
De v̄tutibz theo. p̄mo si
fidē habuerit. ca. lxxxij.
Si spem ca. lxxxij.
Si caritatē ca. lxxxij.
De q̄ritate cari. ca. lxxxv.
Si eāle āgel. ca. lxxxvj.
De caritate ip̄i? ad p̄xi
mum. ca. lxxxvij.
De v̄tutibz cardinalibus
p̄mo de iusticia. e. lxxxvij.

De spēbus iusticie. pmo
de latia. ca. lxxxix.
De dulia ca. xc.
De obediēcia. ca. xci.
De penitēcia ca. xcii.
De prudēcia ca. xciii.
De fortitudie et spēbus
ei⁹. pmo de magnitate et
de magnificēcia. et de fidu
cia. et de securitate. et de
pacia ⁊ de ostācia c. xciiii.
De pseuerācia. ca. xcvi.
De tpancia. ca. xcvi.
De spēb⁹ tpancie. pmo
de castitate. ca. xcviij.
De sobrietate. ca. xcviij.
De modestia. ca. xcix.
De do. septif. grē. ca. c.
De sapia. ca. ci.
De intellectu ca. cii.
De cōsilio ca. ciii.
De fortitudie ca. ciiii.
De sciencia ca. cv.
De pietate ca. cvj.
De tio. ⁊ spē. ti. ca. cvij.
De beatitudinibz ca. cviii.
De paupertate ⁊ gradib⁹
paupertatis ca. cix.
De māfuetudie. ca. cx.
De luctu ca. cxj.
De esu. ⁊ si. iust. ca. cxij.
De mia ca. cxiii.
De mūdicia cor. ca. cxiiii.
De pace ca. cxv.

De psecutōe pmo qrit. v.
trum habuerit aureolam
martiz ca. cxvi.
Vtz aureolam predica
torum ca. cxvii.
V. aureola vir. ca. cxviii.
De fructu tēselimo sexa
gesimo cēselimo. ca. cxix.
De fructibz spūs ad ga
lat has ca. cxix.
De caritate ca. cxxi.
De gaudio ca. cxxiij.
De pace ca. cxxiij.
De pacia ca. cxxiij.
De lōganitate ca. cxxy.
De bonitate ca. cxxy.
De māfuetudie c. cxxyij.
De benignitate. ca. cxxyij.
De fide ca. cxxyij.
De modestia ca. cxxyij.
De cōtinēcia ca. cxxyij.
De castitate ca. cxxyij.
De sufficiēcia sacramen
torum ca. cxxyij.
De sufficiē vtu c. cxxyij.
De sufficiē. dōz c. cxxyij.
De sufficiēcia beatitudi
num ca. cxxyij.
De pfectōe v. c. cxxyij.
De grīs grē. datis. pmo
de sapientia ca. cxxyij.
De sciencia ca. cxxyij.
De mechanic. ar. ca. cxli.
De liberalib⁹ ca. cxli.

De gramatica ca. cxliij.
De rethorica ca. cxliij.
De loyca ca. cxliij.
De phica ca. cxlv.
De q̄druiualibz ca. cxlvj.
De musica ca. cxlvij.
De astronomia c. cxlvij.
De arismetrica ca. cxlix.
De geometra ca. cl.
De theologia ca. cli.
De setenens ca. clij.
V. sciuerit oia ca. cliij.
Vtrum habuit cogitō
nem respertinam vel ma-
tutinam ca. cliij.
De fidei ostācia ca. clv.
De grā sanitatū. ca. clvj.
De opatōe vtutū c. clvij.
De pphcia ca. clvij.
De discretōne spirituz
capituluz clx.
De gnibz liguarz ca. clx.
De interpretatione ser-
monum ca. clxi.
De aplis ca. clxij.
De pphis ca. clxij.
De euāgelistis ca. clxij.
De pastoribz ca. clxv.
De gr̄is quo ad gn̄atōz
q̄ fuit pfigurata c. clxvj.
Quali p̄fi. fuit ca. clxvij.
Quali pphata. c. clxvij.
Quali ānūciata. c. clxix.
Quali miraclose d. c. clxx.

Qualit̄ in vtero sanctifi-
cata ca. clxxi.
De gr̄is q̄ ad ouersatōz
sez q̄ a deo dilecta et dei a-
mica fuit ca. clxxij.
De gr̄is ēca mortē sez v-
tz mortē p̄sciuit. c. clxxij.
V. iuitata ierit c. clxxij.
Vtrum sine dolore obie-
rit ca. clxxv.
V. stati euolauit c. clxxvi.
V in aia et corpe statim
surrexit ca. clxxvij.
De p̄uilegijs ei? a p̄mo
de pecc̄i imūitate c. clxxvij.
De pecc̄adi impossibilita-
te capituluz. clxxix.
V quolibet motu mere-
batur ca. clxxx.
V quolibet passione me-
rebatur ca. clxxxj.
De puritate i sū. c. clxxxij.
V hāc gr̄az sil' an succes-
siue accepit ca. clxxxij.
Qd̄ est m̄r dei ca. clxxxij.
Qd̄ ē m̄r vgo ca. clxxxv.
Qd̄ est virgo virginum
capituluz. clxxxvi.
Qd̄ nō m̄r m̄m. c. lxxxvij.
Qd̄ ē m̄r oim c. clxxxvij.
Qd̄ ē stella ma. c. clxxxix.
Qd̄ ē porta celi ca. cxc.
Quō differat porta celi
a fenestra celi. ca. cxcj.

De omūicatione passio-
nis xpi ca. cxciij.
Vt in passione siml' hā
buerit sumuz gaudiuz et
simū dolorē ca. cxciij.
De gaudijs ei⁹ in passio-
ne ca. cxciij.
In filij dei ocep. c. cxv.
In natitate ca. cxvi.
In passione ca. cxvii.
In resurrect. ca. cxviii.
In ascēsiōne. ca. cxix.
In sui assūptōne. ca. cc.
De iatōes p̄dcoz c. ccj.
Ad ē sup omēm creaturā
in quartaz ierarchiam ex-
altata ca. ccij.
Qualit' habuerit omēs p-
prietates āgeloz. c. ccij.
De pprietatib⁹ p̄me iera-
archie ca. cciiij.
De sedā ierar. ca. ccv.
De supma ierar. ca. ccvi.
Ad ē regia mie. ca. ccvii.
Recapitulatō p̄uilegioz
et additō triū. ca. ccviii.
De sufficiēcia p̄uile. c. ccix.
Qualit' grā plena epyloz
gus et quid nobis ex illa
plenitudine venit. ca. ccx.
De dñs tecū. ca. ccxi.
De bñd tu in mu. c. ccxii.
Qualit' ei⁹ bñdictō oim be-
nedictōes ophendat ca.

pitulum ca. ccxiiij.
De benedictōne diei sep-
time ca. ccxiiij.
De benedictōne. A de et
Eue ca. ccxv.
De bñd. iacob. ca. ccxvi.
De bñd. iude. ca. ccxvii.
De b. zabolō. ca. ccxviii.
De b. ysachar. ca. ccxix.
De bñd dan. ca. ccxx.
De bñd. Gad ca. ccxxi.
De b. neptali. ca. ccxxii.
De bñd. Aser. c. ccxxiiij.
De bñ. ioseph c. ccxxiiij.
De b. beniami. ca. ccxxv.
De b. balaā. i. c. ccxxvi.
De b. ei⁹. ij. ca. ccxxvii.
De b. ei⁹. iij. ca. ccxxviii.
De b. ei⁹. iiii. ca. ccxxix.
De bñdictōib⁹ datis po-
pulo a moyse. ca. ccxxx.
De bñ. Ruben. c. ccxxxj.
De bñ. iude ca. ccxxxiiij.
De bñ. leui ca. ccxxxiiij.
De b. beniami c. ccxxxiiij.
De b. ioseph. ca. ccxxxv.
De bñd. Gad c. ccxxxvi.
De bñd. dan c. ccxxxvii.
De b. neptali c. ccxxxviii.
De tñ. Aser. ca. ccxxxix.
De bñd. oim sil' ⁊ suffici-
encia eius. ca. ccxli.
Benedict⁹ fruct⁹ ven-
tris tui. ca. ccxli.

Quid h̄ b̄dictō fructus
importet. ca. cclxij.
Utz omēs b̄dictōnes
predictas includat **Et** de
sufficiēcia et d̄ra ec̄z q̄
ponūt in ista salutōne
capituluz cclxij.
De ip̄i? turbac̄. c. cclxij.
De cogitatōe. ca. cclxv.
De timore. ca. cclxvj.
De uerecūdia. ca. cclxvij.
Si xp̄us eam habuerit.
capituluz cclxviij.
De inuenisti gr̄az et si me
ruit m̄r dei fieri. c. cclxix.
De ap̄d d̄m. ca. ccl.
De deceptōe. p̄mo de q̄
tāq̄ efficiēte ca. cclij.
De quo tāq̄ de mā c. cclij.
De mō deipiēdi c. cclij.
Quāto tpe fuerit in ute
ro ca. cclij.
Qualē egressus. ca. cclvj.
Utz in cōceptōe habue
rit delectatōez. ca. cclvj.
Utz in portādo grauita
tem ca. cclvij.
Utz in piendo dolorem
vel delectatōez. ca. cclviij.
De hoc quod dicit in v̄
tero ca. cclix.
De h̄ noie ihs. ca. cclx.
Quis ip̄osuit. ca. cclxi.
Quā institutū fuit c. cclxij.

Cui donuemat illud nō
men ca. cclxij.
De hoc hic erit magnus
capituluz cclxij.
De hoc et filius altissim?
uocabitur ca. cclxv.
De h̄ dabit illi d̄ns deus
sedez dauid patris eius.
capituluz cclxvi.
De h̄ regnabit in domo.
iacob meēnuz. ca. cclxvij.
Utz d̄ns inq̄tum homo
sit rex angeloz et ecclie
militantis ca. cclxviij.
De hoc quomodo fiet istud
capituluz cclxix.
De hoc quomiaz viz non
cognosco ca. cclxx.
De hoc spiritus sanctus
supuciet in te ca. cclxxi.
De hoc et uirtus altissimi
obumbrabit tibi c. cclxxij.
De hoc qd̄ ei nascitur ex
te sanctum uocabit̄ filij
dei ca. cclxxij.
De hoc Ecce elizabeth.
capituluz cclxxij.
De hoc non erit impossi
bile apud deuz omne uer
bum ca. cclxxv.

Explicit tabla capituloz
p̄ntis operis

Primo quiritur an necesse fuerit hanc missio-
nez esse et videtur quod non. Inter quecumque distan-
cia nulla est. nulla necessaria est missio. Inter
deum et beatissimam virginem nulla est distancia
ergo nulla debuit intervenire missio. Media
partem quod deus fuit cum beata virgine per concitiam per-
sonarum et potentiam sic in creaturis generaliter et per inhabitantes
gratiam sic est in sanctis specialiter ergo omni modo affuit gratia et
nullomodo defuit gratia. ergo nulla missio possibilis fuit. Item omnis
missio est per medium. Sed inter ipsam et deum nullus est medium
ergo nulla missio. Minor pars quod ipsa fuit dignissima creatu-
ra ut pote regia angelorum aeterno electa et confirmata. Jux-
ta illud ab inicio et ante secula etc. Item missio est propter indige-
ciam hic nulla fuit indigentia missionis. ergo nulla missio. deus
enim non indiget nuncio qui est ubique totus presens. Beatissima
etiam virgo non indiguit nuncio quod immediate poterat accipere
a domino etc. Item nuncio prius accipit nuntiatum quam ille cui mit-
titur. ergo si fuit nuntiatio hic prius descendit illuminatio ad angelum quam
ad virginem ergo descendit immediate quod est contra beatam dicitur. dicitur
tem. Lex quidem deitatis sacratissima hec per primam secundam ad
divinissimam suam reducere lucem. vult enim per utrumque li-
brum utriusque ierarchie quod quicquid defluit ad inferiores in-
fluit per superiores et non e converso. Item beacius est dare
quam accipere. ergo beacior est dans in quantum dans quam accipiens
in quantum accipiens. ergo nuncio beacior fuisse beatissima virgine. Item
sicut se habet finis ad finem. Ita id quod est ad finem ad
id quod est ad finem. ergo si hic nuntiatus est super nun-
ciatum per alios improporzionabiliter et alie nuntiationes
fiebant per angelos. ergo ista debebat fieri per superiorem
omnium angelorum. ergo deus debebat illam reuelationem
facere per seipsum. Item magis est dare esse matrem de-
quam dare fidem vel spem vel caritatem quia illud includit
istud in se. Sed illud operatur christus sine ministerio cre-
ature per se et minus. est ergo et illud quod maius est.

no 8 11 1 1 2 31

38

107

38

no del. b. s.
7 10 11

4 ad h. d. d. d. d.

11

*ultima p. d. s. q. uo. impleta
ad 4. ad. o. v. v. v. v.*

1. v. d. l.

In adu. x. v. v. v. v. v. v.

Sz ipam illuatiōem intellectuā deus p se infudit mediāte intelligēcia Et ex hīs patz solutō vsqz ad vltimā obiectionez qua obicit qz pphēcia pdestinatōis sine nro libo ar. implet qd vix est sine nro libero arbitrio opante. s non sine libero arbitrio consciēte **Ad** obicit de indigēcia solutum est in distinctōe **Cap. ij.**

Post hec querit p quē nūciuz oueniat fieri anūtiatōnem hanc Et videt qz per hoīem Tribz emz moīs notificat incarnatō Primo p pphēciam realem vel verbalem Secdo p anūtiatōez Tertō p digiti demōstratōnem Extrema fiebant per hoīem ergo et media. qz et media cōmūicat naturā extremoz Item angelus non ordiatur medius inter hoīem et hoīez cum sit sup hoīez ergo si extrema fiebāt p hoīez ergo et media Itē lex et pphēcia vsqz ad iohānez qui fuit ppheta pphetādo et plusqz pphēta demōstrando ergo q̄cquid est citra demōstratōnem erat pphetatō Sz anūtiatō erat citra ergo dēbat fieri p pphāz ergo p hoīem Contra nullz hoīm fuit btissima virgine superior Sz inferior est recipe a superioribz ergo ipa nō debuit illuatiōez recipe ab aliquo hoīe Itē ista btitudo que anūciat immediate btissime virgini in ipa et p ipaz anūciatur toti hūmāo generi ergo homo fuit loco recipientis q̄ nō debuit eē nūci Itē officiū hoīm ē recipe et angeloz nūciare q̄ rē Ex hīs patz qz hō nō debuit eē nūci **Cap. iij.**
Quod aut qz āgelz debuit esse nūci Ordinarie enim et regularit̄ illuatiōes descēdūt a superioribz ad inferiora Sz hūana natura constituta est sub āgelica q̄ h̄ illuāri debuit ab illa Itē dicit p̄s qz aia ē suba itellēu al' illuatiōm a p̄ma cā descēdētū vltia dlatōe pceptia ergo illuatiō descēdit a deo ad āgl̄s ab āgel' ad hoīes ergo illuatiō ista fiebat p āgelū Itē āgelī sūt q̄ singulis hoībuz p̄ficiūt et sic sūt imēdiatē p̄lati hoīm Sz denūciatōes et illuatiōnes descēdūt a p̄latis in subditos ergo videtur qz per angeluz virgini deputatū debuit fieri ista anūtiatō

est p̄p̄m

Itz eccliaſtica ierarchie immedie ordina tur ad celeſtes
 ſup ſe g ſupmū in eccliaſtica erit ad infimū in celeſti ordia
 tuſ imediate Sz beſſima virgo eſt ſupmū in eccliaſtica. g
 debuit illūiatōez recipe ab infimo in celeſti ierar. Itē per
 totū euāgelū appllat āgel? et ita videt q fuit āgel? Sz
 cōtra illūiatōez ſunt ſupiores eis qſ illūiant. ſic vult
 dyo p totū Sz angeli nō fuerūt ſupiores beſſima vrgine
 ergo āgel? nō debuit ipaz illūiare Itē qſ eſt iſte qui ve
 nit de edom rē. dic iero? q h qrio eſt in pſona minorz an
 geloz ignorāciuz miſteriū incarnatōis h ſi ignorauerūt g
 nō nūciauerūt Itē volauit ad me vn? de ſeraphim. Si er
 go de maioribz fuit vn? q pphaz ad pphanduz icarnatōez
 purgabatur Neq; de minoribz eſſe debuit qui ipam incar
 natōem nūciabat

o dicitur in ieremias q dicitur
 q dicitur q dicitur q dicitur

Cap. iiii.

A h videt q fuit archāgel? qz nūci? ille fuit gas
 briel qui fuit archāgel? vt ſuppoit ecclia ergo nū
 cius nō fuit āgel? h admī? archāgel? Itz iohs
 nūciatus fuit p archāgelū ergo r dñs admī? Itē archā
 geli ſūt qui maiora nūciant vt dicit beſſ Bern. Sz illud
 fuit maximū nūciatū ergo debebat fieri p archāgelū Item
 bern. putem? hñs p eſſe archāgelos qui ſūt cōſen diuino
 ruſ miſterioz q nō mſi ob pēcipuas r maximas cās mittū
 tur ex quibz ille magn? archāgel? gabel miſſus legit ad
 mariā obeām que vtiq; maior eſſe nō pōt Itz cuiuſcūq;
 eſt officiū aliqd ppe illius eſt in illo officio p mū mediū et
 vltimū Sz archāgeloz officiū ē reuolatō ſecretoz ergo
 iſta reuela? ſūme ſecretoz ptebat ad illoz officiū C. v.

V idet aut q nūcius ille dehat eſſe de pncipatibus
 dicit em bern. q pncipat? ſūt qruſ virtute mede
 ramie r ſapia omis terre cōſtituit pncipatus et
 regit limitat r trāſſeret mutat et nūciat Sz hic anūcia
 batur mutatō regni et ſacerdocij et eiectio principis te
 nebraruz ergo debuit fieri per principatus Item ſcōm be
 atuz dyoni. angeli ſunt qui ſingulis hominibus pſficiuntur

Archāngeli qui gētib? . **P**ncipat? qui principib? ergō
cū bcillima virgo nobilissima fuerit pnceps ei debuit fieri
reuelatō p pncipat? **I**tē videt? p ppetates pncipatū q̄s
potuit btūs d̄yo. dicēs **M**anifestat autē ip̄a celestiu p̄n- pas-
sant
cipatū illud deiformit pncipale ⁊ ductiuū cū ordme sa-
cro et pncipalibz decētissimis virtutibz ⁊ ad sup pncipa-
le pncipium eas vniuersaliē ouerti et alias ierarchie du-
cere ad ip̄m p̄mū q̄tuz possibile est formare pncificū pnci-
piū **S**z in hac anūciatōe ducebat? bcillima virgo ierarchi-
ce ad supncipale pncificū pncipiū q̄tuz possibile fuit q̄
debebat fieri p pncipatus **Cap. vi**

Uidēt q̄ adhuc superior debeat esse nūcius sez de po-
testatibus . **P**otestates sūt . vt dicit **Bernh.** q̄tuz
virtute potestas tenebrāz cōprimit . hic autē po-
testas pncipis tēbrāz maxie op̄mebat? ergo debebat fieri
per potestates **I**tez glo . dicit sup missus est gabriel ange-
lus q̄ ideo **G**abriel fortitudo d̄i dicit? quia illū nūciabat
qui ad debellāduz dyabolū veniebat . hoc autē potestatiuum
sit ergo fieri debuit p ptates . **Ca. vii**

Uidēt etiaz q̄ debuit esse de virtutib? . **D**icit em̄z
beatus **Bernh.** virtutes sunt quoz nutu vel op̄e
signa et p̄digia fiunt **I**stud autē fuit oim miracu-
lor . miraculosissimū ergo debuit fieri p virtutes **I**tez vna
p̄petas virtutū est scdm b̄m d̄yo . largitas ad inferiores
Vic at anūciabat? maxia largitas qz pleitudo gr̄e **Ca. viii**

Uidēt q̄ debuit fieri p d̄natōes ⁊ h̄ p p̄petates ip̄-
sis affligtas a b̄tō d̄yo . q̄ sūt liberal? seueritas mi-
nucie s̄uitutis superioritas nlli? subiectōis egestas
difficultas imūtas d̄randi ordiata ptas **O**mnia ista exer-
cebant? in ope icarnatōis vbi nos d̄? sue gr̄e liberalitate
et sue passōis seueritate liberant? ab indigēcia seruitute
dyabli ⁊ peccati ⁊ in libertatē filiorū d̄i adoptant? ⁊ ab oī d̄ta
ḡodifficultas culpe ⁊ p̄ne emūdant? ⁊ nos sibi i regnū
et sacerdotiū ordia? q̄ ista anūciatō debeat fieri p d̄natōes **Ca. ix**

2

Videtur etiam quod per thronos debuit fieri et per prophetas
tates thronorum a beato dyonysio positas que sunt celsi-
tudo regni cunctatum stabilis collatum regni susceptio
regni delatum familiaris aptio. unde beatus dyonysius dicit. Ipsa autem
altissimorum operaturum sedilium omnium diligenter exaltari ignominiam
subiectiois et ad summum supernum dante sursum ferens et omni ex-
tremitate ineffabili in sublimissimum et vere excelsum totis vi-
ribus inmutabiliter et stabiliter collocatum et dimi superaduenit in omni
impossibilitate et immortalitate acceptiuum deiformie et familia-
ritatis in diuinis susceptioes aptum. Hec autem omnia operata sunt in
beatissima uirgine que celsior omnibus creaturis ipsius deum uteri sui gre-
mio circumdedit. per quod se et nos in eterni regni solio collocauit
et regem glorie quem in se suscepit per totum mundum omnium et tam-
quam familiarissima mediatorum totum mundum sibi reconciliauit et per
quam tamquam per diuinitissimum sibi medium omne bonum effluxit et o-
mnium hominum per se tamquam per portam celi ad summam familiaritatem dei
prius introduxit et per hoc quod ipsum deum cum homine familiarissime in
una persona diuinitatis. Hec autem omnia annunciant in ista annunciatioe
ergo prophetissime debet fieri per thronos. **Cap. x.**

Videtur etiam quod debebat fieri per cherubim per prophetas
positas a beato Bernh. Quia dicit puteus cherubim
ex ipso sapie fonte ex ore altissimi haurientes et re-
fluentes flueta scie uniuersis ciuitatibus suis. Cum ergo hic annun-
ciatur prius repletio fontis qui creuit in fluium magnum et
maximum cuius impetus letificat ciuitates dei ut per te plenus
gracie et ueritate de cuius plenitudine omnes accepimus. ymo
ipse filius dei qui est ueritas et sapia dei in quo sunt omnes thesauri
sapie et scie reconditi. Manifestum est ergo quod hec annunciatio
pertinet ad cherubim. Ita uidetur per prophetas a beato dyonysio posi-
tas que sunt in circuitu esse reductiua actiua et exemplati-
ua. In circuitu quia ad totum quod est intrat. Reductiua ut ad
deum tendat. Actiua ut ad eum incedat. Exemplatiua ut secundum suum
exemplum hoc faciat. In hac autem annunciatioe beatissima uirgo ita in
circuitu fuit quod magis diuini deo nisi deus fieret non poterat

Reductiua etiaz fuit que omes creaturam que p pccm cecidit in pstinu statu ducit et sup ducit et in hoc actiua fuit qz illu genuit qui oia regnauit et reduxit Itcz actiua fuit qz ex ipa et p ipas et in ipa quicqd deus creauit recreauit qm oim bonoz est nr. Est et exēplatiua que ois pulchritudinis et innocēcie speculū ad pmā pulchritudinez dirigit et omes aberrātes vt stella maris ad portum reducit. Hec aut omia hic anūciabātur ergo videt q ad cherubim ptinebat.

Cap. xi

Dicitur etiaz q seraphim p ppetates positas a beato Bern. qui dicit pute seraphim spē totos igne dine successos succedere vniūsa. Strā aut vgo igne scī spūs ita totalitē fuit successa vt flāma ignis oēs etiā fomitez libidinis extingueret et ipm solē iusticie intra se cōtinēs totū mūdūz illuminaret et ad dei amozes accēderet. Cū ergo iste sine ppetates seraphim videt q ista anūciatō ptineat ad seraphim Itē h videt p ppetates ipis assignatas a btō dyoni. qui dicit Prima igit celestiu ierarchiaz ex ipis excellētissimis effēctis scificat ordmē hns o mibz alcioz hoc est circa deū imediate collocatū et pmo opantes theophaniē pfectōes in eaz tāq in primā pncipali deferūt et ita immobile eaz sp circa dīma et incessabile et acutū et calidū et supferuidū nitēte. et forsz intime inflexibilis sp motōis et suppositoꝝ reductiue et actiue. Exēplatiue tāq recalificās illa et resuscitās illa in silicūdz caliditate et igneitate celit? etiā holocaustū purgatiū et circūuelatū et in extinguihilē hntez et sic sp luciformē et illuminatiuā ppetatē ois tenebrose obscurificatōis psecutricē et manifestatricē. Illa aut sūma pfectō caritatis q hic describitur ad deū ascēdēdo et ad primū descēdēdo cōpleta fuit in beatissima vrgine in hac anūciatōe ergo manifestū est q debuit fieri per seraphim.

Cap. xii.

Hic vī q oēs tres pmi ordies debāt miti. 1. pmo em ordo nomē hēt a caritate. 2. a cognitōe. 3. a pte

Hicophema

S3 hec oia hic in sumo monstrat ergo debent fieri p oēs tres.
 Maior patz p iohes dam. qui dicit. magnū circa ipaz an-
 tropie idest amore hoim clemencie pelag? demonstrat. Ipe
 emz conditor et dñs eā quā ppo vel p pmo plasmate fecit
 reiteratōe et ope mgr fuit et hoiez quē immic? bonitatis
 Ipe decepit carnis pbleumate decepit et mōstrat sili boi-
 tas et iusticia ⁊ sapia ⁊ potēcia dei. Nā boitas quidē qz nō
 despexit pph plasmatis infirmitatē. Sed in ipo cadēte visc-
 era eius comota sūt ⁊ manū porrexit iusticia qz hoie victo
 nō aliā vincere fecit naturā neqz vi eripiuit hoiez ex morte
 sed quē quōdaz p pētīm in sūitute redēgit mors. hūc bo-
 n? et iust? victorē fecit rursus ⁊ silem sili resaluanit et
 qd ad pportōez erat difficile sapia fecit solutiōez valde de-
 cētissimā. Ergo cū hic anūciat in q oim istoz triū ordmū
 demonstrat ppetas videt q omēs tres ordines debebant
 mitti.

Cap. xiiij.

Idet aut q oēs āgeli debant mitti. qz sic se habz
 nūciās ad nūciātes et recipiēs ad recipiētes ⁊ ne-
 gociū ad negociatōz ita se dēt hre nūci? ad nūciū
 sed oia alia hic fuerūt in sumo ergo ⁊ rō nūci? hic esse de-
 buit in sumo. Maior pz. nō enim maior potuit esse nūciāns
 deo nūciāte. nec maior recipiēs illa recipiēte q fuit supma
 in ecclia militate et negociū nō potuit maius ⁊ magis ar-
 duū eē nec vtilitate nec dignitate nec nouitate. ergo si omia
 alia fuerūt hic in sumo ⁊ rō nūci? hic debuit esse in sumo.
 S3 rōez nūci? augmētate plalitas. Solēm? est emz mul-
 tos mittere ⁊ magnos q vnūquēlibz qto ergo plēs nūci?
 sūt magni et solēnes tāto plus solēm? anūciatō ergo si
 totum hic debet esse in sumo optebat q omēs mitterentur

Cap. xv.

Idet aut q adhuc supior nūci? esse debuit scilicet
 spūs scūs increātus. hic emz anūciatur effect?
 sume boitatis. Bonitas aut appropriat spūscō ergo debuit
 fieri pspmsēz. Itē ista cepto q h anūciat atēbuit spūscō

q mecum pponit p... ..

dicitur enim conceptus de spiritu sancto licet tota trinitas sit opera-
ta ista conceptio ergo mitti debuit spiritus sanctus. Item ad re-
pletioem apostolorum mittebatur spiritus sanctus ergo multo dignius ad
plenitudinem beatissime virginis. **Cap. xv.**

Videtur etiam quod debuit mitti filius. Filius enim ut
dicit Augustinus qui est sapientia mittitur cuius cognitio de
spiritualibus datur. Sic autem ipsa sapientia per seipsum to-
taliter infunditur ergo filius mittebatur. **Cap. xvi.**

Quidam autem quod pater. Pater enim appropriatur summa po-
tencia que hic manifestatur in summo ergo pater debuit
mitti. Amor patris magis enim manifestat potentiam
recreatioem quam creatioem licet utrumque sit ex nihilo quia in superiores et
imperfectiores statum ordinatur recreatioem quam creatioem. Item in fi-
gura huius incarnationis legitur quod dixit sapienter pater suo vide
mulierem de filiabus philistin hanc queso accipe mihi in uxorem
et infra descendit inquam pater eius ad mulierem et fecit filio suo gran-
de convivium. si ergo pater descendit ad accipiendum filio suo uxorem
videtur quod pater missus sit ad annuncium incarnationis. **C. xvii.**

Quod autem tota trinitas mitti debeat videtur per aucto-
ritatem damiani suppositam quod incarnatione monstrabat po-
tentiam sapientiam et patris sui et illa appropriatur etiam per prophetas
ergo tres persone sui debebant mitti. Item videtur per ipsum euange-
lium ubi dicitur. Spiritus sanctus superueniet in te et virtus altissimi te-
re. Ubi omnes tres persone tanguntur per virtutem filii. per altissimi
pater. Spiritus sanctus ponitur intra. Item in annuntiatione ysaac que
fuit figura istius annuntiationis dicitur quod apparuerunt tres viri
id est tres angeli in specie virorum per quos dicitur trinitas intelli-
gi quia dicitur tres vidit et unum adoravit et ibi dimiserunt. Sa-
ta tria scilicet deitate animam et corpus ergo trinitas fuit
missa ad annuncium incarnationis. **Responso ad quatuor.**

Ad hoc soluentes dicimus quod in hac annuntiatione triplex
fuit missio. et triplicis missionis ratio. Una filii. Secunda
spiritus sancti. Tercia angeli. Filii duplex. una que mitte-
batur in carne et illa est incarnationis. Alia que mittebatur in

In Annuntiatione fuit et missio

mētēz que idēz est q̄ interior illumiātō mētēz beatissimē vir-
ginis ad intelligēduz ⁊ osenciēduz v̄bis āgelicis. **M**issio
spūs̄sci fuit ibi pleitudinis gr̄e infusio idēst summa v̄tutū
gratuitāz. put in pura creatura eē potuit in via p̄fectō
Missio āgeli fuit ibi intimatōnis quia ip̄a deberet esse m̄-
diā m̄sterialis ⁊ extior ad s̄sum delatio. v̄n āgel⁹ nō fuit
illūiato: sed illūiatōnis interioris extior delator ⁊ reuela-
tor. Illius autē intelligēcie cui⁹ op⁹ est in visione d̄⁹ tri-
mitas p̄ se fuit inspiratrix et interpretat̄x sicut ⁊ nūciatī m-
uentrix.

Solutō r̄onuz

Nis habitis r̄onem ad obiecta cōcedētes q̄ fili⁹
mittebat s̄c̄dm q̄ dictuz est et spūs̄sc̄s mittebat
s̄c̄dm q̄ dictuz est. **P**ater autē non mittebat q̄uis
in incarnatōne aliqd̄ appropriabile sit p̄ri in oditōe nōq̄
ad missiōez alicui⁹ p̄sone tria exigūtur. **P**rimū est q̄ aliq̄s
effect⁹ sit a creatura a tota trinitate. **S**c̄dm est q̄ ille effe-
ctus sit appropriabil' illi p̄sone. **T**eretiū est q̄ manifestet
p̄cessio illi⁹ p̄sone ab altera. **E**t sic patz q̄ p̄r nō mittit qz
mitti vt dicit aug⁹ est cognosci ab alio esse. **P**ater autē nō
est ab alio. **E**adēz rōne tota trinitas mitti nō debuit. qz seq̄-
tur si trinitas mittit. ⁊ et p̄r mittit. **I**terz r̄cedim⁹ rōnes
que p̄bant q̄ homo nō debuit esse nūcius nec obstat q̄ lex
et p̄phete vsqz ad iohānez. ista emz annūciatō nō fuit ad de-
mōstratōem iohānis ordinata tanq̄ ad mediū. h̄c emz fu-
it ordiābilior illi tanq̄ finis et cōplemētuz oim reuelatōnū
et apparitōnū p̄cedētiuz p̄pter p̄ntiales exhibitōem lumis
q̄ illūiat oēs hoīez veniētē in hūc m̄dm. **E**t fuit opletōz
in rōe illūiandi. qz eam int⁹ ⁊ extra illūiauit mediāte lu-
ce qua sue deitatis d̄⁹ testā n̄re immortalitatis accēdit ⁊
omēs tenebras p̄fugauit. iohis autē demōstratō lumen nō
accēdit. sed semimortis lippietib⁹ oculis solō digito ostē-
dit nec iam quasi secretuz reuelauit sed manifestuz incre-
dulis inculcauit. pl⁹ ergo q̄ p̄pheta dicit nō p̄t nobili-
tatez reuelatōis. s̄ p̄t p̄nciaz lucis qua nō futuraz p̄dixit

Joh̄s an̄ d̄ p̄ph̄m p̄ph̄a

b

Et qd nō an l' d' rōdy mitti?

Sed pntem demonstravit. Itē cōcedim⁹ qd mlti angeli nō
debeāt mitti. qz mltitudo repug⁹ mysterij archano. Non
emz est archanus qd multis est cognitū nec est familiaritē
et amicabilem intimatū qd p̄us est mltitudinī reuelatū. Itē
cōcedim⁹ qd iste angel⁹ nō fuit de maiorib⁹. sed fuit ar-
changel⁹ et hoc in beatissime virginis honoratōnem. quia si
quis de superiorib⁹ mittit⁹ ab ip̄o illuminari crederet. de
minoribus ergo mittit⁹ vt ostēdat⁹ qd angel⁹ tm̄ est nego-
cij ministerialis intimator⁹ ⁊ exterior⁹ delator⁹. de⁹ emz ē p̄
se negocij inuentor⁹ salutarōis dictator⁹. intelligēcie inspi-
rator⁹ et mētis ad cōsensuz inclinator⁹ modi executōis ex-
pōitor⁹. vñ angelus requisit⁹ de mō trāsmittit ad sp̄m
sanctū dicēs. Sp̄s sc̄s supueniet in te ⁊c. Nam sic bea-
tissima virgo licet in alijs hoc nō sit impossibile nihil hic il-
luminatōnis accepit ab āgelo et vt hoc euāgelista signantē
exp̄meret et omēz cōtra hoc opionez remoueret ip̄m qui
reuera fuit archangel⁹ p̄ totū euāgelij nō archangeluz sed
angelum nominat.

Cap. xviii.

De p̄i an h.

Dicit hęc querit⁹ in qua specie angel⁹ apparuit. Et
videt⁹ qd in serpentina specie. dicit emz Beda. qd in-
trauit mors p̄ femiaz apte redit et vita p̄ femiaz.
Si qd agruebat similitudinē alijs in esse sez vt femia est p̄
cipiū salutarōis et p̄cipiū pditōis. Angel⁹ p̄cipiū de-
ceptōis. Angel⁹ p̄cipiū illūtarōis. qd si h̄pens fuit instru-
mētuz deceptōis debuit esse instrumētuz ⁊ illūtarōis. qd
āgel⁹ apparere debuit in sp̄e serpentina.

Cap. xix.

Quare p̄cipiū p̄cipiū dicit⁹

Quidetur autem qd apparere debuit in specie colum-
bina cōtraria cōtrarijs curatur. ergo si deceptio
fiebat p̄ calliditatez serpentinam illūtarō fieri
debuit p̄ simplicitatez columbinam.

Capitulum. xx.

Quidetur etiaz qd debuit fieri in hūana sp̄e. Alie em̄
apparitōes fiebat in sp̄e hūana. qd et ista cū sit cō-
plemētū ⁊ dignitā oim aliaz. Itē inē aialia euāg.

Matheus habet faciem hominis et plura scripsit de incarnatione dei hominis. § species humana conuenit ad annuntiationes incarnationis christi hominis quod concedimus.

Responsum ad questionem

Ad obiecta autem soluetur dicimus quod in specie serpentina non debuit esse illuminatio. quia cum illa non ordinetur ad illuminationem sed plus ad deceptionem cum in deceptione species serpentina congruerit per se congruissima est persuasione. quia ut dicit magister in sententiis dist. xxj. venit in specie serpentina. quia si permitteret venisset in specie colubina. Et infra Non ergo nisi per serpentem temptare permissus fuit dyabolus ut per illud quod foris erat astuciam temptationis non aduerteret et sic feminam conueniret. viij. aug. Non est putandum ut per quem temptaret eligeret. sed cum decepte cuperet non potuit nisi per quod posse animal permissus fuit. Unde accidit quod serpens fuit instrumentum deceptionis. non ergo debuit esse instrumentum illuminationis. Item in specie colubine venire non debuit. Beatissima enim virgo sensibiliter ab angelo illuminari debuit. Illuminatio autem sensitiua ad cognitionem fit in die locutione ergo medium illuminationis debuit esse locutiuum. sed nihil sensitiuum est locutiuum nisi solus homo ergo debuit fieri in specie humana ut sic nobilissimus intellectiuis erat quod illuminabat eam interius utpote deus. Sic etiam nobilissimum est sensitiuum quod illuminabat eam exterius sic homo. **Cap. xxi.**

Dist. hęc queritur in quo sexu et videtur quod in femineo. Assumptio enim forme humane hic non erat nisi propter eas que illuminabat. § quicunque sex magis congruebat ei que recepit illuminationem per illum debet fieri. Hic autem sexus est femineus. congruentius enim loquitur femine femina virgo virgini. Et sine perturbatione minori audit virgo virginem quam virgo viz. § in sexu femineo debuit fieri apparitio. Sed contra super illud Que cum audisset turbata est etc. dicit glossa propter virginem ad omnes viri ingressus pauere etc. § fuit vir

Quod si fuerit ad illud

§ Sicut balam

De sexu andi

§ Sicut propter

Preterea in omnibus apparitionibus aliis que fuerunt figure
istius annuntiationis angeli apparuerunt in forma virilis sex
us ergo et hic **Ad** cecedimus dicentes ad obiecta que sexus
femine non est illuminatiuus sed magis illuminabilis sedz apo-
qui dicit **M**ieres in ecclesia taceat. sed domi interroget vi-
ros suos **C**aput enim mulieris est vir. vñ cum illuminans magis
talis dignior sit illuminato potius illuminatio beatissime
virginis debuit fieri in sexu digniori.

Capitulum. xxij.

Dist hoc querit in cuius etatis specie. Et videtur
quod in etate puerili quia de eodem est nuntiatio de quo
accessit prophetatio **S**ed prophetia de puero. quod et an-
nuntiatio de puero **S**ed prophetas nuncius debet esse sedz propeta-
tes nuntiati ut dicitur est quod gabriel ideo appellatur est for-
titudo dei etc. quod in specie puerili apparere debuit quia pu-
erum nunciavit.

Capitulum. xxiii.

Sed contra augustinus dicit **F**unciare venit id quod est
erat supra naturam et quod erat gratia non nature. sed
quod femina concipit hoc est secundum naturam quod autem fe-
mina circumdat viz in utero erat supra naturam ergo an-
gelus annuntiabat viz ergo in specie virili quod etc. **I**tem annun-
ciatio ysaac fiebat in specie virili ergo et hic.

Capitulum. xxiiii.

Videtur autem quod fieri debuit in specie iuuenili. **S**e-
nex enim inquit huiusmodi dicit defectum **S**i-
militer et puer. iuuenis autem dicit nouitatem cum
perfectione. hic autem nunciatur ille qui fuit nouus secundum hu-
manitatem perfectus quod secundum diuinitatem. ergo in specie iuue-
nili debuit nunciari **I**tem ad id dicit **dyomisius** quod iuuenile
signat inuocatis et semper vitalis virtutis perfectio. inno-
uantis ecce nouitas hic humanitatis. **I**tem vitalis virtutis
ecce hereditas viuacitas deitas quod iuuenile nouum complectitur
humanitatis et eternam diuinitatis. quod in forma iuuenili quod cecedi-

Ad contrariū aut respōdētēs dicim⁹ q̄ forma iuuenilis
cōgruebat illuminatōi ⁊ non puerilis vel senilis Pueri emz
nōdum p̄fecte vtūtur discretōne sensūm Senes autem de-
ficiūt sc̄dm̄ sensum. neutra ergo cōueniebat illuminatōi vbi
necessaria est discretio sensuuz et vigor organoz. Nec ob-
stat eum puez appellatum fuisse ab ysaiā cum eum etiam
patrem appellat futuri seculi

Capitulum. xxv.

Quod hoc querit in qua veste apparuerit cū alibi an-
geli describantur vestiti. Et videt q̄ in veste can-
dida. quia idem cōcipit et nūciatur qui postmodū
surrexit ergo in consiliū veste et habitu nūciari debuit. S̄
in resurrectōe apparuerūt angeli in vestib⁹ albis. q̄ et nō
Item dicit ḡg. Candor vestis signat iocūditatem future
solēnitatis. h̄ hic fuit maximū festuz q̄ndo diuinitas hu-
manitati in vnam p̄sonam copulata fuit. q̄ illud angelus
in candore vestis nunciare debuit. Item in trāsfiguratōne
apparuerūt vestimēta eius candida sicut nix qualia nō po-
test folio facere super terram et dicit glosa q̄ tunc ostēdit
sp̄m̄ qualem habuit per naturam ergo albam vestem ha-
buit per naturam.

Capitulum. xxvi.

Uideatur autē q̄ sordidam ⁊ nigraz habere debuit
vestem Zacharias emz vidit ihm sacerdotē mag-
num indutum vestibus sordidis. Et exponit hoc
glosa de induitōne que facta fuit in incarnatōne. q̄ et an-
gelus hoc nūcians debet indutus apparere in vestib⁹ sor-
didis Item ps. Concidisti saccum meum ⁊c. q̄ dñs in in-
carnatōne induit saccum nostre immortalitatis in quo tu-
lit thesaur⁹ n̄re redēptōis. q̄ angelus hoc nūcians debuit
indutus esse sacco Item si in resurrectōe apparuerūt an-
geli in vestib⁹ albis quia annūciauerūt xpm̄ a passione ab-
solutum. ergo in veste nigra annūciare debuerūt incarna-
ti passurum.

Cap. xxvij.

*phoz
iuueni
seru*

De veste

Candor vestis q̄ fuit

zucharias

Ad luc. 22. a
hominem

rad. f

Videt autem quod in veste bicoloreta In carne dilectus
 meus candidus et rubicundus et Candor signat in
 nocentiam Rubedo pacienciam. hec autem prope est vestis
 divina. ita quod nec angelica nec humana Angeli enim innocentiam
 sed non pacienciam habent. homines autem pacienciam sed non inno
 centiam Omnes enim peccaverunt. ipse autem solus innocentiam
 habuit qui peccatum non fecit et Et pacienciam qui peccata
 nostra protulit in corpore suo super lignum. et illa vestis sibi soli est
 prope ergo angelus hunc nuncians debuit esse induit veste
 alba et rubicunda Item homo quem vidit ezechiel qui figu
 rabat christum hominem erat quasi species electri Electus autem ha
 bet argentus quod est album. et aurum quod est rubrum. et ange
 lus hoc nuncians debuit esse induit veste alba et rubicunda
 Item querentibus angelis. quis est iste qui venit de edom et
 Respondit dominus Ego qui loquor iusticiam et quasi diceret
 ego sum solus qui habeo innocentiam Et ipsi replicabant. quare
 ergo rubrum est indumentum tuum et quasi mirantes super de
 core albi et rubri id est innocentie et paciencie. et illa est prope
 vestis domini. et angelus et. videtur autem adhuc quod vestis alba esse
 debuit. quia legitur in ezechiele quod vidit virum indutum lineis et
 alios sex secum. et exponit quod unus solus induit fuit
 lineis quod unus solus sine peccato conceptus fuit **Ex** ad quatuordecim

135

135

135

Ad solutionem horum et solum notandum est quod dicit
 dyo. de hac materia loquens Est autem quando et in nos
 divinum iudicium sint simbola illa que acta sunt a no
 bis a sanctis angelis organa Aliis quidem declarantibus cor
 rigentes disciplinam Aliis autem punientem iusticiam Aliis vero
 ab angustia libertatem aut discipline fidem aut portis beneficentie
 preceptum aut appositionem aliorum duorum punientem aut magnorum
 invisibilium aut invisibilium nec omnino non dubitamus prospicere animus
 in invisibilibus visibilia adjuvare Ex hac autem colligitur quod omnia
 que sunt circa forme assumptionem in qua sit apparitio debent visibilibus
 declarare illud invisibile quod primo et principaliter videtur angelus nunciare
 Dico ergo quod angelus iste venire debuit in veste clara et

21

per le
 rus. ap
 te app
 est ap
 cipere
 te. et
 et nihil
 lore p
 cocept
 mo et
 roem n
 sed tm
 ille qui
 mutar
 dus su
 ruptio
 luce. g
 bat ang
 veans
 addico
 proe
 mis

Quis op
 nate ic
 ato mo
 et luce
 in crea
 debuit

9
ppter seipm nūciantes et ppter recipientes et ppter nūcia-
tus. ppter se quia cādor vestis innocēciaz designat angeli
et ppter hō non cōgruit angelo vestis alba et rubra qz non
est apt? natus hōe innocēciaz cū passiōe. Itē q̄tuz ad re-
cipiētē dgruebat vestis clara qz illa q̄ dcepit sine peccō fu-
it et sū peccō dcepit eū q̄ peccare nō potuit inde totū albū
et nihil ibi de nigro fuit. Itē sine libidie dcepit et sine do-
lore pcepit. q̄ sine rubro libidinoso et doloroso passiōis ista
cōceptō et natiuitas dsumata fuit. ergo cū angel? iste p̄-
mo et p̄cipali et p se non intēderet nūciare nisi incarna-
tōem non debuit habere vestez rubricataz vl' bicoloratam
sed tm̄ albam. Itē q̄tuz ad nūciatus. hic emz annūciatur
ille qui p̄micias massē nr̄e accepit euz solutiōe pene et im-
mūitate culpe et sic in p̄ma puritate et claritate. Itē mo-
dus sumēdi siue pcedēdi in hac incarnatiōe fuit sine cor-
ruptōe. sine diminitōe. sine cōmixtione sic lux pcedit de
luce. q̄ quo ad om̄ia que fuerūt in hac annūciatiōe dgrue-
bat angelū venire in clara veste. Om̄es aut̄ ratōes et aucto-
ritates que p̄bant dñm facco vestiri vel tunica polimita vl'
cādidō vel rubro vel vestimēto sordidato loquūt̄ur de cor-
pore dñico scdm̄ statū passiōis et scdm̄ p̄petatez incarnatiō-
nis

Cap. xxviii.

Quest hoc querit̄ qua hora t̄pis facta fuit annūcia-
tio. Et videt̄ p̄mo q̄ in ortu diei. Opus emz crea-
tōnis cepit a luce. gñ. j.º. **Fiat lux et.** q̄ multo for-
tius opus recreatiōnis qd̄ est multo nobili? Itē in incar-
natiōe icēpit dies gr̄e. **Dis aut̄ dies incipit a luce** q̄ recre-
atiō incipit a luce. Itē ponit̄ in sētencijs q̄ sol fact? fuit
ex luce sine nubecula. Itē creatō solis de nubecula est figu-
ra creatōnis corpis domici de beatissima virgine ergo illa
debiit fieri existēte luce. q̄ in die et. **Cap. xxix.**

Quod autem in meridie videtur p̄ figuram. quā
dicit̄ in **Gen. q̄** Abraham sedit in ostio tabnachi
in ip̄o feruore diei q̄ndo annūciatus fuit ysaac;

*Int̄ h̄m̄ q̄tuz ad die q̄ die
Annūciatiōis p̄tū p̄tū
Delwan*

97 18

Hec autem annūciatō fuit figura istius annūciatōnis. sicut
ita debet fieri in meridie

Tem eodem die passus fuit et incarnatus. ergo
eadem ratōe et eadez hora. Sed passus fuit in me-
ridie ergo et incarnatus. Sed statim ad annūcia-
tōnem sequebatur incarnatō. Sed incarnatō facta fuit in
meridie ergo et annūciatō. Itē in meridie sol est in altissi-
mo. Sed sol in altissimo significat caritatem in summo. Sic
autem monstrabat caritas in summo ergo in meridie. Itē
iohēs annūciatus fuit in meridie qui gessit officium Lucis.
Feri ergo multo fortius xp̄us qui fuit verus sol. Itē ma-
ria venit ad monumētum cum adhuc tenebre esset. **G**losa
maria dicit venire in tenebris quia adhuc in infidelitate fu-
it cum ad angelos venit ergo p̄ opposituz angelus veni-
re ad illam in luce debuit que fide et dilectōne plena est

Capitulum. xxx.

Videtur autē q̄ in vespere fieri debuit ista annūciatō
quia postq̄ venit plenitudo temporis misit deus Fi-
lium suuz in terras. ergo ista annūciatō fiebat in
vespere q̄ndo est plenitudo diei

Capitulum. xxxi.

Sed contra videt̄ q̄ in media nocte. quia dum me-
dium silencium tenerēt omnia omnipotens sermo tu-
us a regalibus sedibz venit. Itē populus qui am-
bulabat in tenebris tē. ergo nox fuit q̄ lux ista orta fuit
quia in die non ambulabatur in tenebris

Responso ad questionez.

Mod̄ dicit̄ sedz auet̄ez dyo. sup̄ positā q̄ circūstan-
cie annūciatōis dēt̄ exp̄mere p̄petates annūciat̄

unde cum angelus iste non annūciauit tēp⁹ incarnandi nec
 status vel p⁹etates eoz ppter quos fiebat sed tm̄ ipam
 incarnatōem cum suis p⁹etatibus. Illa autem incarnatō
 cum sit ortus veri solis sup̄ terram qd̄ est incium diei sū
 p̄sumptōis sup̄ celis credimus q̄ hęc ānūciatō fuit in
 ortu diei et non in vesp̄a quia non ānūciat temp⁹ incar
 nandi nec in nocte quia non ānūciabat statum eoz p⁹ē
 quos fiebat incarnatō ergo auctoritas illa dum medium
 silencium rē tangit statum homis qui fuit in incarnatōe
 verbi. Ad hoc autē qd̄ dicitur de abraham q̄ sedit in ostio
 rē dicitur q̄ per abraham et p̄ feruorem diei ibi signatur
 feruor desiderij quez habebāt sancti p̄res ad incarnatōez
 Ad autē obicit de hora passionis plus est ad p̄positū qz
 sicut sole mūdi ad occasum vergēte cōgruebat vtz solem
 relinquere mūdum Ita decebat ut sole materiali oriēte ori
 retur siml̄ et sol iusticie Ad id qd̄ obicitur q̄ hic caritas
 monstrabat̄ in sūmo et ideo debebat in meridie concipi di
 cimus q̄ in ope redemptōis idest in passione mōstrabat̄ car
 ritas in sūmo sed incarnatō sine passione non fuit op⁹ re
 demptōis unde licz in se maior est incarnatō q̄ passio tū
 sūma caritas mōstrabatur in passione ip̄o dño dicēte Ma
 iorem hac dilectōez nemo habz rē vñ non fuit sūmū aug
 mētuz qd̄ recipe pōt caritas in incarnatōe quia augmētū
 vt dicie phus est p̄existētis magnitudinis additāmētū
 unde magnitudini caritatis que ostendit̄ in incarnatōe
 facta est additō caritatis que est in passione p̄ quā cari
 tas est vltiata in sue p̄fectōis estēsiōe hoc autē cōgru
 ebat fieri in meridie et sic p̄tz q̄ aliud temp⁹ congruebat
 passiōm aliud ānūciatōi

Reio Inozm sine

Capitulum xxxii.

Quest hoc queritur de loco et dicit euāgelium q̄ fu
 it in ciuitate Contra hoc sic obicitur. Dñs extra
 ciuitatem passus fuit natus et sepultus et resur
 rexit ergo et concipi debuit. **Cap xxxiiij.**

Deluro

Ites dignior annūtiatō fieri debuit in digniori loco
co vel admin? in eque digno. **S**z annūciatō dñi
dignior fuit annūciatōne iohis. illa autē facta fuit
Fragment of text from the adjacent page on the left, including words like 'Lora', 'De se', 'Abi', 'in cor', 'Abi', 'de eod', 'in ope', 'pulebri', 'Et iuxta', 'um cari', 'huliea', 'ancille', 'talo sup', 'comis in', 'fenu vbo', 'atome in', 'ut talia', 'non co', 're. Itē', 'millec', 'ro dicit', '3 porre', 't gha do', 'Itē ysa', 'parabi', 'cū fidu', 'te mte', 'festu ē', 'pūlegio'.

Ego qui gñatōnē alijs p̄sto nunquid ipse sterilis p̄mane
bo. Exq̄ consuevit trahi q̄ gñatōnis eēne vbi vn̄? de vno
exp̄ssimuz exemplū est generatō temporalis vbi vna perso
na de vna sola. Sed in diuis non est maternitas. S; tū
pat̄nitas q̄ exp̄ssius illaz generatōnē rep̄ntaret hō pater
dei quā hō mater dei q̄ esset digni? ⁊ nobili? est p̄rem dei
quaz matrē dei q̄ hęc nō est maior gr̄a q̄ p̄cipari potest a
pura creatura. **Obiectō.**

Qontra p̄dicta obicit̄ in hunc modū. Inter m̄res
et filiū est diuinctō substāntialis. inter patrē ⁊ fili
um adoptiuū est p̄cipatō actualis q̄ maḡ est es
se matrē dei p̄ naturā quā esse filiū dei p̄ adoptōnē. Et itē
inter esse deum mediū est esse dei m̄rem p̄ naturā ⁊ nō esse
deum. Item id ad quod sequit̄ maius bonū plus est eli
gendum. Sed ad esse matrē dei sequit̄ maius bonū quā
ad esse angelum q̄ hoc melius est ⁊ maḡ eligēdum. Mi
nor pat̄z quia ad esse matrē dei sequit̄ esse dominā omniū
angeloz. Solutō ad p̄mum. Quicquid claudit alterz in
se plus est eligendū quā illud qd̄ non claudit alterz in se
Sed esse matrē dei per naturā necessario claudit in se eē
filiū dei adoptiuū. Itē causa inquantū causa dignior est
suo effectu inquantū effectus q̄ digni? est esse causaz bo
ni quaz esse causatum bonū. Sed mater dei est causa ⁊ ori
go dei sedm hoc q̄ natum est. frater autē dei non est origo
vel causa dei sed causat̄ ab eadē origine q̄ plus est eē ma
trem dei quam frat̄rē dei. Item mater dei respectu filij dei
dicit relatōnē suppositōis. frater equipantie. vñ d̄r in ex
odo. ij. honora patrē ⁊ matrē. Non est autē p̄ceptū de ho
norandis fratribz. Manifestū est q̄ plus est esse m̄rez
dei quam frat̄rē dei. Item si beatissima v̄go fieret sp̄ssan
ctus tūc ip̄a ess̄ ip̄e ⁊ sic fieret ofusio sex? Itē si duo es
sent filij in eñitate. alē maior q̄ ess̄ fili? dei. alē minor q̄ fi
lius ess̄ m̄ris beatissime v̄ginis. Itē q̄ nō poss̄ hō esse p̄r
dei sic p̄bat̄ dic̄ p̄hus q̄ materialis deus est qui gñat in alio

ergo ille qui esset pater dei aut generaret in alio aut in se
ipso. Si in alio ergo duo. unus generans in alio. unus vel una
generans ab altero ergo esset ipsi masculus et femina. Si autem
ille pater generaret in seipso ergo non esset pater. Item tunc
esset ratio quare plus diceretur pater quam mater. Item cum non
sit in viro locus conceptio et formatio et nutritio
si fieret subita formatio non esset generatus. Item cum non sit
ibi organum prout indifferens esset ratio virginis et sic non
esset filius virginis. Item esset nec pater nec mater. Item sic ex
clusus esset sexus femine ab incarnatione cum incarnatus
non esset femina nec de femina incarnatus. Ex his manifestum
est quod non potest intelligi pure creature maior participari gratia quam
esse mater dei unde hoc privilegium beatissime virginis domine nostre

Capitulum clxxxv.

Sequitur videre de illo privilegio quod est mater virgo dei
quo queritur. Primo qualiter ponatur inter privilegia
gracie cum non videatur esse gratuitum. Item quilibet potest
secundum se comparari peccato mortali ergo et totum. Item ex duobus
differentibus non fit unum unum nec unum gratuitum. Ex his vis-
detur quod non debeat poni pro privilegio. Item quod non conveni-
at ipsi soli videtur. plus dicitur quod sexus est plures et est plures
et masculina et plures femina et tamen una plures generat plures
sine corruptione vel admixtione ergo ibi est filius virgo et mater. Item
ecclesia est simul virgo et mater ergo non solum beatissima
virgo. Sed si dicatur quod ecclesia dicitur mater virgo spiritua-
liter. Sed nobilior et verior et perfectior est maternitas et
virginitas spiritualis quam corporalis ergo ecclesia verius et
nobilius et perfectius dicitur mater virgo quam beatissima vir-
go. Item virgo nubens in caritate nullam perdit virtutem
Sed si prius habuit virginitatem virtuosam ergo adhuc
habet et fit mater ergo habet et maternitatem et virginitatem sicut ergo
mater virgo. Item quicquid est in inferioribus pertinens
ad dignitatem est et in superioribus. Sed angelus non generat angelum
ergo non pertinet ad dignitatem ergo etiam in his non datur esse privilegium

Conē hō est dignissima creaturarū g̃ gñatō homīs est no-
bilissimus effect⁹ naturalis. ergo gñatō nobilissimi cuius-
dam homīs est effect⁹ nobilissim⁹. Sed nobilissim⁹ effe-
ctua non est nisi nobilissime substātie. iuxta illud luc. vi.
Vnaqueq; arbor ex fructu suo cognoscit̃ g̃ gñatō nobilif-
simi homīs erit effect⁹ nobilissimi vel nobilissimi hominis
generāris. Sed vn⁹ solus est hō nobilissim⁹. g̃ vni soli cō-
uenit esse matrē illius g̃ eius maternitas est p̃uilegiū vni-
us solius. Item effect⁹ huiusmodi gñatōnis fuit perfec-
tus in sūmo. Sed p̃fectōz gñatō est vbi vn⁹ de vno quā
vbi vn⁹ de duob; g̃ in ista gñatōe debuit esse vn⁹ d̃ vna
ergo illa fuit mater vgo. Itē ad p̃fectissimā gñatōnez se-
cundū naturā sequit̃ p̃fectissima maternitas. Sed p̃fecti-
or ⁊ nobilior est maternitas cum in corruptōne quā cū cor-
ruptōne sed ista fuit p̃fectissima g̃ debuit esse cum ṽgini-
tate ergo debuit esse mater vgo. Itē quicquid est in arte
exemplari diuina totū debet esse exemplatū ⁊ declaratū
in exemplo creato ergo ⁊ generatō diuina debet aliqd̃ ha-
bere exemplum in natura sed ibi vnus de vno sine diuisi-
one corruptōne vel mixtione. ergo ⁊ hic vn⁹ de vna sine
corruptōne g̃ erit mater vgo. Itē p̃ma dignitas in diui-
nis que est cōmūicabilis creaturis est a quo alius p̃ gñā-
tōnem ergo ⁊ hęc p̃ma ⁊ sūma dignitas naturalis ergo et
in hoc potest esse dignitas ⁊ p̃uilegiū glōse ṽginis super
omnia. Itē hō est minor mūdus creare aut̃ mūdūz maio-
rem p̃uilegiū est dei g̃ generare mūdūz minorē p̃uilegium
potest esse homīs. Item de⁹ est melior mūdō g̃ plus est de-
um generare quā creare mūdū. Itē ṽginitas p̃ut fuit i-
beatissima ṽgine fuit recessus ab omī malo. Maternitas
dei fuit ei collatō omīs boni g̃ omē eligendū ⁊ omē appe-
tendūz intelligit̃ in hoc p̃uilegio. Item q̃ hoc soli ouēiat
beatissime ṽgini p̃bat̃ hoc mō ysaie. lxxvi. Antequā p̃turiet
p̃p̃it̃ rē. Et infra. Quis audiuit vnq̃ talia rē. Itē ecclia
tantat nec p̃mam silēm visa est nec h̃re sequētē. Item

dyo. q̄ hoc erat oim nouoz notissimū.

Ad hęc dicim⁹ q̄ p̄uilegium beatissime v̄ginis est q̄ sit mater v̄go ⁊ q̄ sua v̄ginitas a sua mat̄nitate fuit indifferēs sed vtrūq̄ meritorum. Eius enī v̄ginitas fuit p̄fectissima integritas cordis ⁊ corpis ex radice sūme caritatis. Eius q̄ mat̄nitas sibi fuit immeritū quia ip̄a cum congruo merito fidei spei ⁊ caritatis et sue excellentissime hūilitatis meruit fieri mater dei. Itē ex hīs patet solutō ad obiecta de ecclia ⁊ de planta. Ecclia nō habet in om̄ibus membris integritatem carnis ⁊ mentis. Et in nullo habet integritatez carnis ⁊ cordis in summa fecunditate spūs ⁊ corporis excepta p̄fectissima v̄ginitate beatissime v̄ginis ⁊ fecūditate quā habet ecclia in alijs membris habet beatissima v̄go in se excellentissime cum alijs om̄nē ⁊ insup istam p̄uilegiatā singularitatez. Item sed nec etiam planta suo modo habet v̄ginitatē ⁊ fecunditatē qd̄ quidē suo mō v̄ginitas ⁊ m̄nitas dici posset si simul virorem floratōnis cum p̄u fructificatōnis reseruet vt dicere posset flores mei fructus honoris ⁊ honestatis. Sicut amigdalus illa que v̄ginis matris figura fuit. Et eam qd̄ammodo sub vmbra ⁊ emigmate quodā future oñsionis conamine p̄ntauit.

Capi. clxxxvi

Nunc restat videre de illo p̄uilegio qd̄ est v̄go virginum. Cont̄ qd̄ sic obicit̄ in h̄mōi locutōib⁹ notatur excellētia vt flos floz quasi dicat excellēs omnes alios flores. Sicut ⁊ rex regū ⁊ dom̄in⁹ dom̄inātū. Cum ḡ nichil excellat seip̄m nichil est v̄go v̄ginū. Itē si dicatur q̄ beatissima virgo d̄r virgo v̄ginuz quia excellit omnes v̄gines a se. Cont̄ ḡ excellit xp̄m in v̄ginitate qd̄ falsū est. Item sedo d̄r v̄go v̄ginum non q̄ excellat seip̄sam vel deum vel xp̄m s̄ inferiores. Sic ⁊ beata katherina v̄go posset dici v̄go v̄ginum quia excelleret om̄es v̄gines inferiores se ⁊ quelibet v̄go sic esset v̄go virginū q̄re ḡ

huiusmodi ibi assignet hieudo nescio. Et si dicat qd hieudo
originis vt sit sensus vgo vginuz idest virgo origo vel ma
ter omniu vginum sedm hoc. **E**ua debet dici virgo vginuz
quia ipsa est origo ⁊ mater omniu vginum ⁊ omniu vuen
cium. **I**tem qd no excellat videt **p**hus dicit qd incontinēs
est qui patit ⁊ deducit. **C**ontinēs qui patit ⁊ no deduci
tur insensibilis qui nec patit nec deducit. **S**ed beatissima
virgo in opposito vginutatis nec paciebat nec deduceba
tur ergo fuit insensibilis. **S**ed insensibilitas non est vt?
Alie aut continētes paciebant ⁊ non abducebant qd est
virtus castitatis g beatissima virgo non excellit alias vgi
nes in castitate ⁊ continētia. **C**ontē genit⁹ a generali ⁊ qsi
a pma sui ratōne a qua etiā nomē accepit nominat habi
tudine gignentis ad genitū vel econūso. **S**ed beatissima
virgo est mater omniu vginutate quia sine pcepto cōsilio
et exemplo pmo omniu glosū munus vginutatis deo ob
tulit p qd ⁊ omēs vginēs p ymitatōnem in vginutate ge
nuit ergo ei soli conuenit qd sit virgo vginum idest mater
omniu vginum. **I**tem si notet ibi excellētia excellit omēs
vginēs in fomitis extinctōne ⁊ in sūma puritate ergo sibi
conuenit ipsi soli omēs citra deū excellere in vginutate. **I**te
victoria est declaratō potētie sup aduersariū. **S**ed magis
tunc aliquis declarat potētiā quādo tanta est potestas in
aduersariū qd non potest mouere bellū nec mire oflictum
quā tunc tñ post ictus ⁊ vulnera vincit inimicū. **S**ed h
patz qd maior fuit vctus castitatis in beatissima vginē quā
in aliqua vginē pura homie. **I**tem qd in vginutate excellat
angelos sic videt. quia angeloz castitas est a natura. hęc
aut a gratia. **V**nde hęc nobilioz quā illa. **I**tem angelozum
necessaria hęc aut vltaria vnde gratioz hęc quā illa. **I**te
angeloz est in natura impassibili. hęc aut fuit in carne
fragili. vnde hęc mirabilioz quā illa. **I**tem angeloz est cū
libero arbitrio inflexibili. hęc aut cū libero arbitrio flexi
bili. g laudabilioz hęc quā illa. **E**t sic nobilioz laudabilioz

et integrabilior. quia hæc est in anima et in corpore. Ista autem in spiritu tantum. Patet ergo qualiter beatissima virgo excellit omnes virginem in virginitate citra illum qui est deus.

Capi. clxxxvii.

Iuxta predicta queritur verum beatissima virgo possit dici mater matrum sicut dicitur virgo virginum et si potest qualiter. quod possit videtur. Sicut enim excellit omnes virginem in virginitate ita et omnes matres in maternitate. Item a digniori debet fieri demonstratio. dignior est enim esse mater dei quam virginem esse ergo dignior est excellentia maternitatis in beatissima virgine quam excellentia virginitatis ergo potius debet dici mater matrum quam virgo virginum. Item propria dignitas communicabilis est generatio et huic ista est similima ergo beatissima virgo potissime deberet ab illa denotari. Item omnium bonorum mater est sapientie septimo ergo et mater matrum.

Contra. que secundum prius et posterius non uniuoce dicuntur non sunt comparabilia. sed maternitas primo et principaliter et verissime dicitur de beatissima virgine de alijs autem per posterius ergo non sunt comparabiles ei alie matres in maternitate. sed res suplatiui comparantur rebus suppositis per genitiuum ergo nec proprie nec vere diceretur mater matrum. Item in virginitate beatissime virginis fuit quod etiam est in virginitate aliorum scilicet integritas mentis et carnis. Sed in ea tantum perfectius et plus. Sed maternitas non fuit in alijs ut fuit in ipsa quia alie generauerunt ab alio homine. Hæc autem non ab alio homine. Et sic patet quod corporaliter dicitur virginitas de beatissima virgine et de alijs sed non maternitas ergo potest dici virgo virginum et non mater matrum. Item ipsa non fuit prima mater matrum vel origo in maternitate ergo beatissima virgo non dicitur mater matrum. sed virgo virginum quod procedimus dicentes quod beatissima virgo non dicitur mater matrum. sed virgo virginum. Et notatur per generationem duplex habitudo. Generalis et specialis. Ratione habitudinis quam importat generaliter notat originem. Ratione specialis importat excellentie significationem. Ratione primi non conuenit christo

fc.

vt dicat vgo vginum. quia ipe non fuit pmo vgo. quia
non gnauit omnes alias p imitacionem. Sed ipius mat q
pmo p wtū vginutis obprobriū vginutis abstulit et eā
in se cōsecrauit. ppter sedz sed excellētiā nulla alia potest
dici vgo vginum quia ipa sola excellit omnes alias vginēs
Excellit autē in tribus. castitate. puritate. et fecūditate que
tria non sūt in aliq alia vGINE inuenta. Cōcedim? etiā q in
tantū beatissima vgo excellit alias matres in vginutē q
etiā non videt sedm eandē rōnem posse ei et alijs matritas
cōuenire. non q ei aliquid deficiat qd exigit ad perfectā
ratōnez matritatis. Sed qz ipsa sola ita pncipali et pfecte
possidet rōnem matritatis q omnes alie matres sedm di
minutaz rōnem a ratōne ipius matritatis vt meli? pate
bit infra in benedictiōnibus mulierū. Alioz solutō patet p
ea que in contrarium sunt obiecta.

Capitulum clxxxviii.

Nunc restat videre de illo pūilegio sedz qd beatif
sima vgo dicitur mater omniū. Querit? g vtrū ei illd
cōueniat et videt? q non. Filij em tpe non pcedūt
mātrē sed multi tpe pcedebāt beatissimaz vginē g ipa non
est mater omniū. Item cum gnatō sit ingressus in esse et
cum tantū triplex sit esse. nature. gratie. et glie. Beatissi
ma vgo non est mater omniū sedm esse nature. qz plimi p
cesserūt eam sedm esse nature. Item nec sedz esse grē. qz
multi antea habuerūt grām quaz ipa. Itē eadē ratōe nec
sedm esse glie. qz multi angeli et homines pūs habuerunt
esse glie quā ipsa. Item si ipsa est mater p fidem. S; mul
ti sūt qui nunquā habuerūt vel habebūt fidē g non est ma
ter omniū hominū. Item videt? qd non sit mater corporaliū
quia corporalia non habēt esse grē g non pōt esse mī illozū
in esse gratie. Et sic constat q nec in esse gratie vel natu
re vel glie. Item animatū pprie non generat inanimatum
Itē corporalia non habēt fidē g non est mater illoz omniū
Item videt? q nec māter angeloz illi em semp fuerunt in

675 37

glia g̃ nichil recep̃erūt ab ea. **I**tem angeli nō sūt rēcreati
 ip̃a aut̃ est mater p̃ rēcreatōnē g̃ non est mat̃ eorū. **I**psa
 em̃ est mater p̃ fides; s; in angelis non est fides g̃ nō est m̃r
 angelorū. **I**tem q̃rūcunq; ip̃a est m̃r ip̃orū est xp̃s frater.
 sed xp̃s non est frater angelorū g̃ ip̃a non est m̃r angloꝝ.
In contrariū est qd̃ sit mater omnū p̃bat̃ sic luce. ij. **P**er
 perit filiū suū p̃mogem̃tū g̃ h̃uit secūdo gemitū r̃ d̃stat qd̃
 non corpālī g̃ spūālī. **S**ed g̃natō spūālīs vna est omniū g̃
 g̃ ip̃a est mat̃ omnū spūālū. **I**tem fili; eius non d̃fūdit̃
 eos ṽcare fr̃es sicut d̃r ad hebre. ij. **E**t ip̃e p̃mogem̃t;
 in multis fratrib; . **I**te caro em̃ r̃ frat̃ n̄r est. **S**ed ip̃a m̃r
 omnū suorū fratrū g̃ ip̃a est mater omnū hominū. **I**tem
 ysa. vlti mo. **N**ūquid pariet ēra vna die aut pariet gēs sicut
 d̃stat qd̃ nō querit de ēra sed m̃ l̄raz. qz̃ stulta est; questio g̃
 intelligendū est de ēra sed m̃ figurā. s; ēra sed; figuraz est
 beatissima v̄go g̃ ip̃a pariet sicut omnē gentē g̃ ip̃a erit m̃r
 omnū hominū. **I**te math. xxi. **E**t qui p̃ibāt r̃ qui seq̃bāt̃
 d̃sana clamabāt. **V**bi dicit aug; . qd̃ om̃es siue p̃cederent
 siue seq̃rent̃ incarnatōnē saluabant̃ p̃ fidē mediatoris d̃i
 r̃ hominū. s; ad illaz fidē n̄cessario exigit̃ vel implicite vel
 explicite credere deū incarnatū de v̄gine g̃ p̃ hoc regnātō
 v̄niūsalis g̃ fides incarnati de virgine est p̃ qd̃ est regnātō
 facta ī eē g̃ oim̃ hominū. **I**te qd̃ ip̃a sit m̃r corpālū sic p̃bat̃
Ipsa est m̃r innouatōis corpālū. **J**uxta illud ad ro. viij
Om̃is creatura ingemiscit r̃ p̃turit vsq; adhuc expectās
 reuelatōnē filioꝝ d̃i g̃ ip̃a est m̃r in esse innouatōis om̃i
 nū corpālū qm̃ om̃is creatura innouabit̃ p̃ ip̃az r̃ libera
 tur a seruitute corruptōnis in libertatē filioꝝ d̃i. **I**te qd̃
 sit mater omnū videt̃ qm̃ omnū bonorū mat̃ est. **sapie vij**
Item ip̃a est mater gr̃e. s; p̃ gr̃iaz dat̃ gratiū esse r̃ glo
 riosum g̃ ip̃a est mater omnū bonorū bonitate gr̃e r̃ glorie
Item de ipsa appropate legit̃ euz ip̃o erā cuncta d̃ponēs
Et tunc d̃ns possedit me in itō viarū suarū p̃ubiorū. viij.
Item eccl. xxiiij. **P**rimogēita q̃n̄ omnē creaturā. **E**x h̄is

omnibus videtur quod ipsa sit mater omnium et pro omnibus et origo om-
nium. Item bnh. merito o dñi in te respiciunt oculi vniuersae
creature in qua et ex qua benignissima manus dei quicquid
creauerat recreauit. Item ipsa est mater dei. Et deus pater
est origo omnium et ipsa est mater et origo omnium. Quicquid
enim est per se origo et causa cause est per se origo et causa caus-
sati. Sed mater est per se causa et origo filii et filius per se cau-
sa et origo omnium et ipsa est per se mater omnium. Item angeli
a ihu illuminatione perfectione beatitudinis. Ipse enim est in quo
desiderant prospicere. i. De. i. per quem omnia restaurantur in celo
et in terra. colon. p. g. et angeli recipiunt quoddam esse glorie
a beatissima uirgine et ipsorum est in esse glorie. Item ipsa est
mater gratie. sed gratia generat gloriam et ipsa est mater glorie et ip-
sa est mater omnium que sunt in esse glorie. et ipsa est mater
angelorum. Responso

Ad hoc dicimus respondendo quod beatissima uirgo omnium bo-
norum mater est. Sed mater respectu filii quatuor
habet proprietates que sunt genitura. cura. potestas
dignitas. Respectu aliorum habet omnes istas proprietates. et
respectu aliorum aliorum et non omnia et secundum hoc magis et minus
proprie dicitur mater omnium hominum. Item mater est secundum omnes
proprietates matris. Genitura. quia unum hominem genuit
et omnes regnauit et hoc est quod peperit filium suum primogenitum
Item mater nostra est cura. quia in uno nobis genuit quicquid
ad hanc vitam vel futuram necessarium nobis fuit. unde dicit.
Et a generationibus meis adimplemini. Item que proprio filio suo
non peperit quod noui omnia nobis cum illo donauit. Item ipsa
est mater nostra potestate. quia ipsa est primogenita ante omnem
creaturam. Item dignitate predestinationis. Ipsa enim ante secula
predestinata est ut esset principium ex quo recreandum fuit omne
creatum et secundum hoc loquitur iste auctoritates. dominus pos-
sedit me et secundum quod de ipsa exponitur. Angelorum quod mater
dici potest genitura quia genuit patrem angelorum et restaura-
tionem eorum. Sicut et corporaliu mater est genitura. quia genuit

ipsorum innovatore. Est etiam pro ipsis potentate predestina-
 tionis et dignitate platōnis et vniuersalis quia mater est creato-
 ris omnium mater est omnium creaturarum. Et ideo eua ut patet
 considerati mater est omnium dignitate. Et sic patet qualiter
 proprium privilegium est beatissime virginis quomodo omnium bono-
 rum est mater

Capitulum clxxxix.

Nunc restat videre de illo privilegio secundum quod beatif-
 sima virgo dicitur stella maris. De quo primo queritur utrum
 huiusmodi appellatio dicatur proprie vel translative. Et vi-
 detur quod proprie. quia verba sumenda non sunt secundum omnem signi-
 ficationem. Item ubi magis proprie est natura totius ibi magis
 proprie est natura partium. Sed in spiritualibus magis proprie est na-
 tura totius lucis ergo et ibi est magis proprie natura stelle. ergo bea-
 tissima virgo proprie dicitur stella maris. Contra. si sumitur proprie
 ut dicitur de beatissima virgine et proprie ut dicitur de stella ergo inter illa
 non attenditur aliqua similitudo. Item secundum hoc beatissima
 virgo potest dici stella celi quam stella maris. Item post hoc
 queritur si hec appellatio conveniat beatissime virginis et rationi parti-
 ue et necesse est ut dicat philosophus transferentes aliqua similitu-
 dine uti quod sit similitudo istius stelle ab alijs stellis cum bea-
 tissima virgine et glossa non enim videtur per naturam substantem
 quia illa eadem natura est etiam in alijs stellis. Item figura huius
 stelle non convenit beatissime virginis plus quam figura aliarum
 sed si propter maiorem lucem tunc quedam alie sunt plus lumino-
 se quam illa sicut est lucifer et ideo potest dici beatissima
 virgo lucifer quam stella maris. Item si dicatur propter hoc
 hoc non videtur quia illa est ultima in cauda vnde beatissima
 autem virgo non est ultima neque cauda. Item non propter mo-
 tum quia movetur cum firmamento sicut alie stelle et sic non
 videtur quod sit aliqua proprietas huius stelle super alias cum bea-
 tissima virgine propter quam debeat dici stella maris plus quam nomine
 stelle alterius. Item si dicatur quod propter effectum quia dirigit
 navigantes hoc iterum commune est omnibus alijs stellis et lune

Quod autē beatissima v̄go pprie dicitur stella maris
 sic pbat vna est pprietas istius stelle q̄ est sita ī
 summo poli respectu omniū. Et beatissima v̄go ē
 sup̄ma omniū sanctorum ergo ip̄a conuenienter p̄cipat
 nomine istius. Item vt dicit erastenes de archos minore
 q̄ in p̄ncipio libe caude stella est vna infima que pol̄ ap
 pellatur per quem locum mundus ip̄e existimat versari.
 Illi autem pure creature videtur potius cōuenire mun
 dum circa ip̄s versari quā glōse regine celi ⁊ mundi ergo
 ipsa est stella maris. Item ista stella numerū implet sep
 tenarium qui est numerus v̄gine q̄ vt dicit macrobius.
 Omnes numeri infra de eadem vel generant vel generantur
 p̄ter septenarium. Et cui magis hoc pprius quā isti que nec
 scdm naturam genuit vel genita fuit. Item ista est stella
 sup̄ma ⁊ vltima in cauda vr̄se. Et quid est hec nisi ista q̄ ē
 sup̄ma dignitate ⁊ vltima humilitate. Item hec stella fer
 rum attrahit ⁊ beatissima virgo per insitam naturā sibi
 misericordiaz peccatores ad modū ferri duos ad celum
 trahit. Item nautas dirigit. Et beatissima v̄go om̄s nau
 fragantes ad portū salutis transfinit. Item sita est con
 tra aquilonem. Et beatissima v̄go semp̄ versa est ad pecc
 toren. Ex his patet q̄ multe sunt stelle istius pprietates
 soli beatissime v̄gini appropriabiles pp̄ter quas scdm mo
 dum transiūptōnis beatissima v̄go d̄r stella maris. sunt ḡ
 plures illius stelle pprietates ⁊ q̄dā illaz illi soli conue
 niunt quibus respondent alie illi pp̄ortōnales in beatissi
 ma v̄gine pp̄ter quā conueniētiā ip̄a sola d̄r stella maris.
 Si autē querit que sunt ille pprietates in quibus est similitu
 do. Dicim⁹ in stella illa est considerare substātiāz quali
 tatem situm statum effectū. Substātia est celestis incor
 ruptibilis origo lucis. Et beatissima v̄go est celestis cō
 versatōne incorrupta corpe origo lucis in generatōne.
 Qualitate est superior clarior ⁊ vtilior. Et sic beatissima
 v̄go est cō superior dignitate clarior v̄ginitate ⁊ vtilior.

Fecunditate. Situ est suprema et in cauda et ultima et bea-
tissima virgo est suprema situ poli in dilectione dei et in cau-
da nostre turpitudinis peccatione et ultima humilitate. Sta-
tus stelle est quasi sine motu sine occasu sine errore. Et
beatissima virgo fuit sine motu inconstantie. sine occasu cul-
pe et sine errore ignorantie. Effectus stelle est triplex. Fer-
rum attrahit lucem tribuit nauas dirigit. Sic beatissi-
ma virgo attrahit peccatores illuminat penitentes dirigit in-
nocentes. Item sic attrahit in culpa illuminat in iusticia.
dirigit ad gloriam. Vel sic attrahit incipientes illuminat pro-
ficientes dirigit perfectos et perseverantes. Et nota quod domi-
nus beatissime virginis opus recreacionis secundum genitricem quatuor
causarum comunicauit. Causa efficiens nostre regeneracionis
post deum et sub deo et cum deo ipsa fuit quia ipsa illum nobis
genuit qui nos omnes regenerauit et ut ipse gigneret suis
fructibus de congruo promeruit. Item causa materialis quia
spiritus sanctus de purissimis eius carnis et sanguinibus ipsius
consensu mediante carnem suscepit quod in corpore transforma-
uit per quod redemptio nostra facta fuit. Item causa fi-
nalis fuit quia totum opus redemptiois post deum in ipsius
gloriam et honorem ordinatum fuit. Unde et in Apocalypsi. iij.
Viginti quatuor seniores et omnes sancti mittunt coronas
suas ante pedes agni recognoscetes se esse coronatos illa
humilitate et humanitate quae accepit de virgine et ipsa est
mulier illa que habet coronam stellarum duodecim id est omni-
um sanctorum quia omnes per ipsam sunt coronati et sic fi-
lius diuidit cum ipsa causam finalem recreacionis. Item
causa formalis est ipsa recreatio quia omnibus luce sue deiformis-
sime conuersationis est speculum et exemplar reuersionis a te-
nebris et directiois et conuersionis ad conuentionem prime lucis.
Et propter hoc ratione vniuersalitatatis per modum exempli directio-
nis et reuersionis dicitur virgo clarissima. Stella maris.
Conuenit ergo illud privilegium beatissime virginis in statu pa-
trie. Sed ratione status vie quia sic stella in celo sic omnis

Virgo p. x. v. s.

dirige nam
si rone ill
re non dir
appellato
beatissima
dicitur stella
na de stella
postea ipse
dirige et a
et a nullo
ad penitenti
luminat p
ris. sed p
penitentie.
gatis alij
mibus hinc
privilegiu

R
celu; hab
non mera
velos pene
qualiter no
he qualite
ypsi est pre
iostis. r. Eg
i apoc. xij.
pura. Item
etiam postea
mili domus
Item si ve
nancia nanc

dirigit nauigātes in mūdi pelago. vñ non dicit nautis ma-
ris rōne illius pprietatis. Nauis em fluctibus cōquassatur
et non dirigit sed dirigit. Scripture q̄ non cōueit ista
appellatō. Scriptura em dirigit p̄ uerba. Stella v̄o idest
beatissima v̄go dirigit per exempla. Itē de? vel x̄ps nō di-
citur stella maris quia est fons toti? lucis. Nec magdale-
na d̄r stella maris qz non dirigit om̄s. sed em̄ penitētes ⁊
postea ipsa dirigit qz etiā ip̄a dirigit. Sed stella nauum
dirigit ⁊ a nauu non dirigit ⁊ beatissima v̄go om̄s dirigit
et a nullo dirigit. Magdalena illuminat p̄ opa penitētis
ad penitētiā ⁊ non p̄ opa innocentie. S; beatissima v̄go il-
luminat per opa innocentie ⁊ etiā per opa non dico peniten-
tis. sed penitētie fuit ei innocēs sed nō min? fecit opera
penitētie. Itēz alij illuminabāt tātū iudius alij tātū ou-
gatis alij tātū v̄gimib; . S; beatissima v̄go illuminabat om-
nibus simul iudius ougatis ⁊ v̄gimib; . Ex hīs patz q̄
p̄uilegiū est beatissime v̄ginis marie q̄ ip̄a est stella maris

Capi. clxxx.

Restat nūc iudere de p̄uilegio isto sedm̄ quod d̄r
porta celi. Conē qd̄ sic obicit. Edificiū non ē p̄-
fectum sine porta sed anteq̄ beatissima v̄go fieret
celus; habuit portā ideo ip̄a nō est porta celi. Item porta
non intrat sed per portam alij intrant sed beatissima v̄go
celos penetravit ergo ipsa non est porta. Item queritur
qualiter nos importet. Si per exemplum vel suffragium
sic quilibet sanct? est porta celi. Si per merituz sic crux
x̄pi est porta celi quia passio x̄pi aperuit nobis ecluz;. Itē
iohis. x. Ego sū ostiū ḡ n̄ b̄issima v̄go. Itē Eze. xl. ⁊ ioh̄
i apoc. xxi. iudic. xii. portas ḡ non beatissima v̄go est t̄m
porta. Item penitētia est porta in celū ergo ip̄a non ē tan-
tum porta celi. Item iacob. gen. xxiii. Non est hic aliud
nisi domus d̄i ⁊ porta celi ergo ecclesia est porta celi.
Item si vis ingredi ad vitam serua mandata ergo obser-
uantia mandatorum est porta celi. Contra proprietatē

porte est importare et exportare. sed nec penitencia nec
mandata exportant. sicut enim importat. sed beatissima virgo et
egredietem exportavit et ingressuros importat quia ipsa est
proprie porta. Item Christus importat sed non exportat. Item por-
ta potest esse in ostio. Item in templo fuerunt duo ostia quae sicut ap-
periebantur et sicut clauderentur et in celo dominus et beatissima virgo
Item Augustinus. hoc ad aptavit illa fides sana est qua credimus
nullum hominem siue maioris siue minoris etatis liberari a conta-
gione mortis et obligatione peccati quod a prima natura contra-
xit nisi per unum deum mediatorem Iesum Christum. Item idem eadem fides
que nos salvat iustos salvos faciebat antiquis. Item Gregorius
super ezechielem dicit. quod qui preceperunt et qui secuebantur clamabant osan-
na quia omnes electi qui in iudea esse poterant vel nunc sunt in ec-
clesia in mediatorem dei et hominum crediderunt et credunt. Ex his
patet quod fides mediatoris est quae introducit credentes et in illum
mediatorem implicite vel explicito oportet credere ipsum natum
de virgine. Et ille est primus articulus de homini mediatore et
sic fides incarnati de virgine in quantum de virgine omnis portat
in celos quia ipsa est proprie porta celi.

Capi. exci.

Iuxta hoc queritur qualiter differat porta celi et fe-
nestra celi. Et qualiter beatissima virgo dicatur utrumque.
Ad hoc dicimus quod beatissima virgo proprie dicitur porta celi
quia per ipsam exiit quicquid unquam gratie creatum vel increatum
in hunc mundum venit vel venturum fuit omnium enim bonorum ma-
ter est et mater gratie et mater misericordie et etiam ipsa gratia incre-
ata tanquam aqueductus exiit ab ipsa et venit in mundum. Item
per ipsam intravit quicquid unquam de celis in terram descendit
et converso. unde filius eius. Sapientia. vii. Venerunt michi omnia
bona pariter cum illa. Unde ipsa est porta templi spectiosa quae
filio dei existente per ipsam fuit clausa. unde ezechielem. xliiij. porta haec
clausa erit princeps egredietur per ipsam haec porta omnibus in-
tere volentibus est primum unde ipsa. xij. porte quae ex omni parte mundi tria-
gula hominum. in duas. diuergas virgines apportat et importat.

Est autē non solum portā importādo homines. sed etiam fe-
 nestra p quā lux venit in hūc mundū ⁊ lux quā de terra or-
 ta est ab ipā pcedens p̄neūit celū. est lux illuminans ce-
 lum ⁊ mūdum. Ex hīs patet qualē glōsa v̄go est portā ⁊
 fenestra celi.

¶ Capi. clxxxij

Post hęc querit̄ de p̄uilegio qd̄ est cōmunicatō pas-
 sionis. Et in det̄ scdm̄ q̄ exponit̄ p̄mo q̄ non fuit
 ei passio cōmunicata per illud. ysa. lxij. Corcular
calcari solus ⁊ non fuit rē. Glosa. Corculara solus susti-
niū. Itē glo. Solus sampson p̄scis criminibz p̄bi. rē. Ju-
dicum. xvi. Nec angelus nec archangel⁹ nec quilibet ce-
lestis spūs. deinde humani ḡnis nullus vel gentilis vel iu-
deus solus pugnat solus supat ḡ nulli est passio cōmunica-
ta. Item om̄s alij sunt in statu saluādoz ⁊ redimēdoz.
Item solus redēptoz ⁊ saluator. sed ad redēptozē tantū
p̄tinet passio ergo ip̄e sol⁹ fuit passus. Itē in immolatio-
ne ysaac ⁊ om̄ibz alijs figuris passionis nulqz figurat̄ sub
p̄cipatōne pluriū ḡ ⁊ in figurādo tantū debet esse vnus
passus p̄ om̄ibz. Itē p̄s. singularit̄ sum ego donec transe-
am rē. Et sic uidet̄ q̄ cōmunicatō passionis non sit p̄uile-
 gium beatissime v̄ginis eo q̄ non fuerit passio cōmunicata
 alicui creature. ¶ Ecconiso vero uidet̄ q̄ non possit esse p̄u-
legiū eo q̄ pluribz ⁊ non ip̄i soli fuerit cōmunicatū qd̄ p̄-
bat̄ p̄ illud iob. xix. Pelli mee cōsumptis carnibz adhesit
os meū. glo. greg. in osse fortitudo in carne corpis infimi-
tas designat̄. ¶ Per os xp̄us p̄ carnem discipuli designat̄
qui tempe passionis infirmi teperunt p̄ pellem q̄ exterior
est carne femine sancte designat̄ q̄ exterioribz deo miste-
rijs seruiert̄. Quasi ḡ cōsumptis carnibz os d̄ni pelli sue
adhesit. quia fortitudo ei⁹ fugientibz a se discipulis iuxta
se mulieres inuenit̄ ergo non soli marie tempore passionis
cōmunicata est passio vel etiam fides passionis. ¶ Item
iob. xix. Stabant iuxta crucē ihu m̄ eius maria et soror

matris eius &c. g. ipa non fuit sola conforis passionis &c.
Item in cruce ihus dixit matri. **E**cce filius tuus. Deinde
dixit discipulo. **E**cce mater tua. **N**ic nota qualr beat⁹ io
hannes honorat tanto p̄uilegio vt filius v̄ginis diceret⁹
et vt sibi mat̄ dā dmitteret. **N**ec hoc factū fuiss̄ si non
fuisset fidelis seru⁹ & prudens cui dmitteret dñs matrē
suam. **S**i autē fidelis g. habuit fidem & passionem. **I**tem
marci. xiiij. **A**dollescēs sequebat⁹ eum amict⁹ syndone sup
nudo & tenuerūt eum. **A**c ille relicta syndone nud⁹ p̄fu
git ab eis. **G**lo. ab eis quoz p̄nciam detestabat⁹ & facta n̄
a deo cui⁹ amorē etiā absens corpe seruauerit in mente s̄
caritas non est sine fide g. iohes habuit fidem cōpassiōis
Item lazarus nup fuerat suscitatus in anima & corpe & mul
ta de penis infernalib⁹ narrauit vt dicit crisostim⁹ de illo
ergo qualr op̄mabile q̄ tam cito ceciderit a fide. **I**tem la
tro in cruce p̄ vrā penitentā placuit deo sed sine fide im
possibile est placere deo g. habuit fidem & compassionem
ergo hoc non est p̄uilegiū domine q̄ p̄t etiā latroni due
nire. **I**tem helyas & enoch qui locuti sunt cum domino in
transfiguratiōe habuerūt etiā fidem incarnatiōis & passi
onis. **I**tem iohannes baptista in lyngo habuit fidē. **I**tem
multi absentes quib⁹ domini⁹ p̄dicauerat vt ille d̄ quo ip
se dicit mathei. viij. **N**on inueni tantam fidem in israhel &
multi alij. **I**tem glosa **E**gredietur foras vt culpam nega
tōis liberius lauet fletibus. **I**tem cornelius fidē habuit
et p̄sens non fuit. **E**t uidetur ex h̄is q̄ multi tempore
passionis habuerūt fidem & per d̄sequēs compassionez et
sic non potest poni p̄uilegiū fides passionis vel cōmuni
catō passionis. **S**ed contra. **S**i de eo qd̄ magis uidetur
in esse & non in esse nec de quo minus. sed maxime ui debat⁹
de mulieribus que habuerunt fidem passionis vt patet su
pra. per glosam. **O**rego. **E**t inter mulieres maxime uide
batur de maria magdalena. **S**ed illa non h̄uit fidem tunc
ergo nec aliquis vel aliqua illaz. **A**mor patet iohannis

70 11

Secundo • Maria magdalena venit mane ad monumentum
 cum adhuc essent tenebre / quia adhuc fuit in tenebris in
 fidelitatis. **Item** mulier quid ploras. **Glo.** Non lacrimas
 nudas sed fidem quero. **Donec** lacrimae si ihesum agnoscas.
Et infra noli me tangere. nondum enim ascendi ad patrem me-
 um **Glo.** non quod nollet tangi nisi cum ascendisset in celum cum etiam
 mulieres et alii eius tetigissent leguntur et non sedentem in celo
 vult quod spiritualiter tangi id est sic credi ut sit equalis patri et quia
 ista adhuc in eum carnaliter credebat quem sicut homines flebat.
Audit noli me tangere id est sic in me credere quod nondum in
 corde tuo ascendi ad patrem meum id est nondum credis me es-
 se equalis patri tunc tanges eum si non in presentibus tamen credes. **Item**
 quem mortuum credis viventem tangere non mereris. **Ex his** patet
 quod magdalena de qua minime iudebat in passione domini dis-
 credidit et cecidit quod et omnes alii. **Item** math. xxii. omnes vos
 scandalizati pacemini in me in ista nocte. **glo.** predicat quid
 passuri sunt ne post eventum desperent sed per penitentiam liberentur.
Item infra relicto eo omnes fugerunt. **Item** petrus qui expressissime
 me si de prestatum fuit ter negavit et multo fortius alii. **Item**
 math. habet. quod adolescens amictus syndone etc. **glo.** quod po-
 test intelligi iohannes fuisse ergo et iohannes fugit. **Item** ioh. 19.
 xxiii. Currebant duo simul etc. **Et infra.** Tunc ergo intro-
 iit et ille discipulus qui venerat prius ad monumentum et
 vidit et credidit et sic patet quod iohannes prius non credi-
 dit. **Item** de mulieribus. **bn.** Sic vos o bone mulieres cui
 nam queso excubias exhibuistis cui aromata compastis
 unguenta pastis si sciretis quod sit quod tuum inter mortuos sit liber
 mortuus iste quod vos unguere vultis vos forsitan poscere-
 tis ab eo vos potius ungi. **Nempe** ipse est quem unxit deus
 oleo leticie pro consortibus suis. **Beate** eritis si gloriari poteris
 et revertentes et dicere quod de plenitudine eius accepimus.
Enimvero factus est ita. **Nam** unctus remeant que ungue-
 re venerunt missae ab angelo opus faciunt evangeliste facte
 apostole apostolorum ad annunciantium mane misericordiam domini

Ex hijs ptz q̄ mulieres in passione domini discrediderāt
Itē q̄ beatissima v̄go sola p̄ māserit in fide tempe passio
nis iudei posse subtilit̄ inueniri ysa. lxiiij. cum dic̄ torcular
calcaui solus ⁊ de gentibz nō est vir mecū. Si em̄ voluiss̄
om̄es homies excludere suffeciss̄ dicere calcaui solus ⁊ sic
supfluū esset dicere de gentibz nō est vir mecū. Itē poti
us dixisset de gentibz null⁹ est mecū. Nū ḡ tm̄ viros ex
cludit constat q̄ aliquā femmā reliq̄t quā nō excludit que
torcular passionis secū sustinuit ⁊ calcauit. Itē magis vi
debat̄ de mulieribz quā de iuris q̄ secū calcarēt qz ille sta
bant iuxta crucē ḡ si voluisset om̄s excludere poti⁹ debu
isset eas exp̄ssisse de quibz videbat̄ magis inesse. Itē ad
huc ambro. Stabat iuxta crucē non vt dolorē filij cōsi de
raret s̄ vt salutem humani gn̄is expectaret ḡ ip̄a sola sta
bat ⁊ omnes alij ⁊ alie fugerunt corde ⁊ corpe ḡ ip̄a sola
cōmunicauit dño in passione fide ⁊ compassione. Itē iude
tur q̄ cōmunicatō passionis non debeat poni p̄ p̄uilegio.
Omne em̄ p̄uilegiū aliqd̄ debet importare comodū illi cu
ius est p̄uilegiū. Itud aut̄ non iudei importare comodū
sed tormētū. Itē liberatō a pena est signū ⁊ effect⁹ dile
ctōnis ḡ infligere penā non est signū dilectōnis ḡ non est
p̄uilegiū. Cont̄. ioh̄is. xvij. Calicē quē dedit michi pater
non bibam illuz. Itē. xvi. pat̄ clarifica filiū tuum ⁊c̄. Itē
phil. p̄mo. Quibz datū est nō solū vt credatis in ip̄z sed
etiam vt paciamini p̄ ip̄o. Itē hebze. xij. Flagellat d̄ om
nem filium quem recipit ⁊c̄. Item iacobi p̄mo omne gau
dium existimate fratres mei cum in tribulatōnes varias in
cideritis. Item ibant apostoli gaudentes a conspectu consi
lij quoniam digni habiti sunt p̄ nomine ih̄esu contumeliā
pati. Ex hijs omnibz patet ⁊ manifestuz q̄ cōmunicatō
passionis est p̄uilegiū. Item q̄ in passione domini susti
nuerat beatissima v̄go patet p̄ dam. quī dicit. q̄ dolores
q̄s effugit pariens in xp̄i passione sustinuit. Item luc. ij
Et tuaz ip̄ius animā p̄transibit gladius. Itē ysa. vlcio

Aug. Cum v̄go ardeat in passione dolores
quos in n̄ h̄uit in xp̄i passione
n̄ h̄uit

Et sic beatissima vgo ad filiū suū in summo hūit amorem naturalē acq̄sītū et gratiūtū q̄ si iste triplex habit⁹ amoris in summo sibi eliciat vnū motū amoris in summo illa erit intensissima dilectō et dolor ei respōdēs est dolor in summo. Sed tam naturalis quā acq̄sita quaz infusa dilectō respectu nullius ita est intēsa sicut respectu iute dilecti q̄ naturalis acq̄sīt⁹ infusus siue gratiūt⁹ amor in summo diligit iute in dilectō q̄ et de morte dilecti dolz in summo q̄ cū beatissima vgo respēu filij sui hūerit oisariā dilectōz in summo et stat de morte ipsius q̄ hūit oisariā dolorē in summo. **Ca. clxxxviii**

De ingem et de summe gauderet. q

Tem q̄ ibi fuerit gaudiū siue delectatō in summo sic pbat⁹ dilect⁹ gaudet de bono dilecti et de maiori bono dilecti magis gaudet q̄ de summo bono dilecti in summo gaudet. Sed caritas est dilectō dei et proximi et in summo caritas pfecta gaudet in summo. Sed sum⁹ honor dei et proximi vtilitas fuit in passione et p passionē in summo. Et beatissima vgo habuit tunc caritatem in summo q̄ tunc gaudebat in summo q̄ sibi habuit dolorē et gaudiū in summo. Itē ex dilectōne est compassio q̄ vbi improporcionabilis est dilectō ibi improporcionabilis cōpassio q̄ vbi videt⁹ dilectō in summo et cōpassio in summo. Itē maius est gaudiū angeloz qd habent de vni⁹ peccatoris cōuersiōe quaz aliqd gaudiū hūit iute q̄ ex equali caritate vel maiori improporcionabiliter erit maius gaudiū improporcionabiliter de vni⁹ peccatoris ouersione quā aliqd gaudiū hūit iute. Itē angeli de passione domi habuerūt delectatōnem et non passionē. Aliq̄ mali passionē et non delectatōnem q̄ ipa debuit verūqz hēre. Itē beatissima vgo omniūcauit recreatōni s; recreatōni p passionē ergo et passio fuit ei cōmunicata. Item bñh. longe eaz plusqz matrē esse credamus et. vt supra. Cōtē hoc obicit⁹ in hūc modū Summus dolor et sumū gaudiū opponūt q̄ nō sunt simul in eodē. Si dicat⁹ q̄ dolor de morte filij et gaudiū de salute generis humani non opponūt tūc adhuc obicit⁹ quia mot⁹

*hinc tunc
epus*

maiores impediunt minores & videtur impossibile quoniam anima tota quasi absorbetur dolore quia tunc in summo tripudiet & exultet in amore & delectatione. **Ite** in dolore anima conuicitur super malum in quantum malum in gaudio super bonum in quantum bonum sed impossibile est animam conuicti sicut super diuersa tanquam terminos & impossibile est animam sicut gaudere & dolere. **Ite** impossibile est animam simul moueri diuersis motibus & impossibile est eam sicut gaudere & dolere. **¶ Ca. clxxxv.**

Questio probatum est quod beatissima uirgo summum gaudium habuit in passione filii. **Queritur** de comparatione huiusmodi gaudij quod habuit in passione ad alia gaudia sua scilicet quoniam maximum habuerit gaudium. **Et** videtur primo quod in filij sui conceptione hac ratione ex dono est gaudium. **Job iii.** quasi effodientes thesaurum gaudet vehementer cum inueniunt se pulchrum & ex summo dono summum gaudium. **¶** In conceptione accepit summum donum dum enim ei filium suum dedit quoniam non cum illo ei omnia donauit & tunc summum gaudium habuit. **Ite** tunc tamen legitur cantasse canticum exultationis. **Luc. xx.** Magnificat anima mea &c. & tunc maxime videtur gaudia fuisse. **Ite** ablatio uel est causa leticie sed tunc ut dictum est sub ablatum est ei & fuit omne & tunc summam habuit causam leticie. **Ite** nouitas est causa leticie iuxta illud **Luc. xv.** Filius tu semper mecum es &c. epulari autem et gaudere oportebat & uidetur a sicut quod beatissima uirgo in nouitate maximum effectum gaudij habuerit. **Ite** tunc cum summo in conuictibili dono accepit causam & meritum ad omnia dona alia necessario offerenda & tunc summam habuit causam gaudij & summum effectum gaudij. **¶ Capi. clxxxvi.**

Questio autem uidetur quod in natiuitate filij maior habuerit gaudium hac ratione. **Perfectior** & plenior est generatio uel natiuitas ex utero quam in utero. **¶** Si ergo natiuitas uel generatio in utero est causa perfectioris & plenioris gaudij. **Et** perfectior & plenior est natiuitas uel generatio ex utero quam in utero & perfectior & plenior & maior fuit gaudium natiuitatis quam conceptionis. **Ite** illa die dixit angelus **Luc. ij.**

annuntio vobis gaudium magnum quia natus est vobis hodie
saluator. **S**i ergo natiuitas domini est causa gaudij ergo illi qui
habent inproporcionabilem proportionem ad sal
uatores quam omnis alij erit inproporcionabiliter maior quam gau
dij hec autem est mater saluatoris ergo ista die summum habuit gau
dium. **I**tem iohannis .xiiiij. mulier cum peperit tristitiam habet
quia venit hora eius cum autem peperit puerum iam non recedit.
Item de iohanne lucam primo. Et multi in natiuitate eius gaude
bunt ergo magis videtur gaudium pertinere ad natiuitatem quam
ad conceptionem. **I**tem in conceptione ipsam delectationem
tantum videbat visu intellectuali. **I**n natiuitate vero et in
intellectuali et sensuali ergo tunc tantum reficiebat intellectus non autem
intellectus et sensus ergo tunc tantum fuit gaudium nunc autem le
ticia et exultatio ergo maioris gaudij. **I**tem filius fuit gaudio
patrie ubi oculus reficiebat corporis in domini humanitate
et oculus cordis in ipsius diuinitate. **S**ed meliori et ho
norabiliori filius est melius et honorabilius ergo nobilius fu
it gaudium natiuitatis quam conceptionis. **I**tem bonum addi
tum bono magis facit bonum ergo magis dilectum habet maio
rem dilectionem. **S**ed conceptio est bonum prius est bonum
ergo bonum duplicat ut duplicat delectationem ergo gaudium quod
fuit in conceptione duplicatum fuit in natiuitate. **I**tem prius
gaudebat se virginem concepisse nunc vero virginem peperisse et
virginem lactare ergo modo maximum habuit gaudium.

Capitulum clxxxvii

Quia videtur quod magis habuerit gaudium in filij pas
sione. **Q**uia ut dictum est superius. **I**psa nunquam de ali
quo tantum gaudio fuit vnquam quantum de honore del
et salute proximi. **S**ed vtrumque fuit in passione in summo ergo
tunc habuit gaudium in summo. **I**tem caritas gaudet de bono
dilecti. **T**riplex autem est bonum honestum utile et delectabile.
Quodlibet autem illorum in passione domini respectu sui fuit in
summo unde ipse appellat passionem claritatem dicens iohannis
.xvii. **C**larifica me pater propter honorem quem summum habuit

pa. f. de clarif. p. 10

Si diligeretis me gauderetis etc. sed dominus summum ha-
buit gaudium in resurrectione quando gaudebat anima cum
corpore et divinitate ergo et domina nostra in summo tunc de-
buit gaudere. **I**tem apoc. dicit quod mortuus est propter delicta
nostra et resurrexit propter iustificationem nostram quod etiam ex pa-
te nostri resurrectio propinquior fuit fini quam maior causa gau-
dij. **I**tem tunc ecclesia specialiter utitur hac exultatione. **N**ec est
dies quam fecit dominus etc. **I**tem in festo illo plus cantat
Alleluia quam in alio festo ergo videtur quod cantus illius festi
maxime sit causa gaudij. **I**tem resurrectio christi est causa et
exemplar illius vite in qua summa est exultatio ergo illud fe-
stum propinquissimum est summo gaudio ergo tunc debet esse
in hac vita summum gaudium. **I**tem beatissima virgo plus di-
lexit filium quam totum mundum ergo plus gaudiosa fuit de bo-
no filij quam de bono totius mundi. **S**ed bonum mundi pena
christi fuit in passione bonum christi liberatio ab omni pena fuit in
resurrectione ergo plus gaudiosa fuit de resurrectione quam
de passione.

Capi. cxcix

Idem autem quod maximus in ascensione christi habuerit
gaudium. **T**unc enim filius dei primo videtur habuisse
festum perfectum et gaudium. **T**unc enim primo in repor-
tatione omnis in humeris suis conuocat amicos suos dicens
Congratulamini michi omnes etc. **I**tem tunc primo patet filio
suo prodigio fecit festum cum amicis suis. **l**uce xv. **I**tem tunc
primo rediit de exilio in palatium. **I**tem tunc primo ianua ce-
li aperta est et homo introductus. **I**tem tunc primo redemp-
tio completa est et ruina iam in parte restaurata. **I**tem tunc
primo maximus honor filio et matri exhibitus est quando caro
sua super angelos exaltata est. **I**tem tunc primo quantum ad
manifestationem datum est ei nomen quod est super omne nomen
Cum igitur in ascensione fuerit completissimus effectus boni
et propinquissimus fini videtur quod tunc maximum habuerit gau-
dium beatissima virgo.

participem faceret beneficij redemptiōis participem eē voluit et pene passionis quatinus sicut fuit adueritrix redemptiōnis per passionē ita mater fieret omnium per recreatiōnem. Et sicut totus mundus deo obligatur per suam passionē ita et domine omnium per compassionē. **C**ontra hec obiecta per obiecta in contrarium sunt soluta. **C**oncedimus etiā quod sicut dominus habuit simul summum gaudium et summum dolorem sic et domina nostra simul ipsa habuit et summam compassionē et summam congratulationē compassione existente in natura simul et in ratione ut natura. **C**ongratulatione autem in ratione ut ratione. **E**t intelligatur hec verba sicut in natura diuine passionis vel dicatur quod summum tristabile in tali genere est accipere dupliciter vno modo ut summo contrarium appetitui et sic summum infert dolorem. **A**lio modo potest esse via et medium ad summum delectabile et sic infert summum gaudium. **E**t sic anima beatissime virginis apprehendit mortem filij vti summe contrarium appetitui et sic summe ei intulit dolorem. **E**t ut medium in redemptione generis humani et sic causa vit in ea summam delectationem. **E**t possunt hec simul esse quia vnum materia est ad alterum vel secundum alium modum via in alterum est medium in ipsum quod autem obicitur de comparatione gaudiorum sic respondemus. **S**i fiat comparatio secundum quod posterius includit in se prius. sic nulla est questio ut si queratur an vnum sit plura quam duo vel duo quam tria. **N**atiuitas enim includit in se conceptionem passio natiuitatem et sic de alijs et sic ordinantur ad se invicem secundum supraditionem. **E**t sic fuit magnum gaudium conceptionis maius natiuitatis et adhuc maius passionis et sic ulterius. **S**i autem fiat comparatio per oppositionem et separationem ita quod posterius accipiat per se sine intellectu prioris et sic comparatur. **S**ic dico quod gaudium quod habuit in conceptione maius fuit omnibus gaudijs vite et vite. quia tunc accepit maius bonum et certitudines omnium aliorum suo tempore conferendorum. **E**t differunt gaudia vite et vite hoc modo. **G**audium enim nichil aliud est quas

delectatio
primi in
In rebus
ponitur
Simpli
omnia in se
gaudium de
cessa gaud
assumptio
ostensio n
et hec om
maior affe
iunctio et h
rum comp
eis obli ga
noris solu
nibus de
liber tem
spondebat
secunda
tio plus
et quia d
do domin
e tunc q
num redim
ipam hman

Ad
eur
bea
sic exalta
genus hui
p dicitur q
p dicitur sed

delectatō in bono vel de bono . est autē bonū sui ⁊ bonum
 pximi in conceptōne ⁊ in natiuitate ⁊ in passione domi .
 In resurrectōne autē bonū dei ⁊ in ascensione . Et sic possz
 poni gaudiū passiomis sūmum qd̄ habuit p̄ bono pximi .
 Simplr̄ autē gaudiū conceptōnis sūmum fuit quod alia
 omnia in se causalr̄ clausit . Gaudiū autē in conceptōne ⁊
 gaudiū domi in assumptōne se habet vt excedentia ⁊ ex
 cessā gaudiū conceptōnis maior fuit causalr̄ . gaudiū
 assumptōnis actualr̄ . in conceptōne maior fuit bonitatis
 ostensio . maioris domi collatō . maior delectōnis exhibitio
 et hęc omnia causalr̄ . In assumptōne maior domi collatō .
 maior affect⁹ exaltatō ⁊ dēficatō . maior cum dilecto con
 iunctō ⁊ hęc actualr̄ . Et possz poni silē de istoz gaudiorū
 compatōne vt si aliquis h̄ret pignus p̄ centuz mar
 cis obligatū ⁊ aliqs daret ei nonaginta marcas ad pig
 noris solutōnem faciens ipsi pignoriati cautōnez q̄ tempo
 ribus determinatis daret alias decem marcas sibi ita q̄ q̄
 libet tempe duas . Modo sc̄da datio p̄p̄inquin⁹ ⁊ plus di
 sponēbat ad pignoris solutōnē quaz p̄ma ⁊ tertia plus q̄
 sc̄da ⁊ vsqz ad quintā que pign⁹ soluit ⁊ tamē p̄ma da
 tio plus alijs cōtulit . Et hoc duplr̄ . ⁊ quia maius dedit
 et quia de alijs dandis secuz fecit . Silr̄ in p̄posito quā
 do domi⁹ beatissime v̄gini vt mater fieret dei in v̄o t̄bu
 it tunc q̄ de ip̄a v̄gine nasceret ⁊ passione sua genus hūa
 num redimeret ⁊ tertia die resurregeret in celū ascenderz
 ip̄am sūmam fruitōnē corpe ⁊ anima assumeret securauit

